الغيم pl. غيوم Sitis. Ardor viscerum.

غام fut. يغيم Sitiuit. Visceribus ardere visus est.

هو غيمان Sitiens.

هي غيمى Mulier sitiens.

أغيم الرجل Consitit.

غيم الليل Nox adfuit velut nubes.

غيمان Viri nomen proprium.

الغين Littera Ghain. Sitis.

غنت fut. أغين Sitiui.

الغين في السماء Nubes.

الغينة pl. غين, & غين Terra quædam. Arbores densæ, & implicitæ absque aqua. Arbores frondosæ, & densę. Locus quidā.

الغينة Pus. Quod à cadauere fluit.

الغيناء Arbor virescens. Puteus quidam.

الغيناء Mons quidam circa Mecham.

غين على قلبه Masd. غينا Cupiditate, & libidine æstuauit. Incuria laborauit. Deliquium passus est.

أغين Idem.

انه ليغان على قلبه Illius cor opprimetur.

الأغين Virescens. Procerus.

الغينة Sylua, sed absque aquis.

أغتان الغين السماء Nubes cælum obduxit.

غينت السماء Masd. غينا Cælum nubibus obductum fuit.

غانت السماء Idem.

الغانة Annulus ad verticem chordæ arcus.

غانة Ghana regio Occidentis.

الغين Locus quidam.

من غنى الغين Ex hoc loco.

ذو أغان Fluuius quidam.

غانت نفسى fut. تغين Deliquium animi sum passus.

غانت الابل Vide غام. Morbo laborauit quodam, haud interimente.

غين بالرجل Masd. غينا Ob virum animi deliquium passus est. Ab illo debitum anxie exegit.

أغين الرجل Idem.

الغى Ignorantia.

غيابة البير Ima pars putei. (Idem ac غيابة) الغيابة

الغَبايَة Splendor radiorum Solis.

الغَبايَة Quicquid vmbram capiti virili efficit. Vmbra. Puluis vmbram faciens capiti viri. Nubes. Locus in Iamam.

غَايَا القَومُ فَوقَ رَأسِهِ بِالسُيُوفِ Illius capiti vmbram fecerunt ensibus.

الغَايَة pl. غَايٌ Vexillum.

غَيَّيتُهَا, & أَغيَيتُهَا Vexillum erexi.

غَايَة الغَى Finis. Extremitas. Terminus. Culmen.

أَغيَا السَّحَابُ Nubes constitit.

يَسِيرُونَ تَحتَ غَايَةٍ Sub vmbraculo incedũt.

أَغيَا الرَّجُلُ Ad culmen nobilitatis deuenit.

أَغيَا الفَرَسُ Equus præstantissimus, & generosissimus fuit.

أَغيَا الأَمرُ Res absolutissima fuit.

كَأَنَّهُمَا غَيَايَتَانِ Veluti duæ nubes.

لِغَيَة, & لِغِيَة Ob inscitiam. Quod recta institutione careat. (Sed fusius hæc vide in غوى)

L I T T E R A

ف



الفَاء Phe. Respondet F, vel Ph Latinorum, cum Arabes careant P. Quandoque vacat littera Phe præposita, vt فَنَقُولُ Dicimus. Significat ergo, igitur, vt فَنَقُولُ Dicimus igitur.

ف Ante ا

الفَأفَأَة Cum sæpius repetitur litteram ف. Cũ quis balbus est in pronunciatione ف. Cum sæpius in sermone vsurpatur littera ف.

الفَأفَا Vir, qui sæpius repetat ف.

فِيهِ فَأفَأَة In sermone frequens est ف, & فا

الفَاء Os, tis. Vide فم, & فى, & فاه

الفَاء Littera ف

فَأت Vide فوت

اِفتَأتَ عَلَى البَاطِلِ Rei futili aduersatus est

اِفتَأتَ بِرَأيِهِ Consilio singulari fuit. Singularis sententiæ fuit.

اُفتُئِتَ Obijt morte repentina.

فَأَنَ الخُبزَة fut. يَفأَنُ Subcineritium panem confecit. Panem sub cinere calido posuit.

فَأَنَ اللَّحمَ فِى النَّارِ Carnes assauit.

اِفتَأَنَ اللَّحمَ Idem.

المِفأَن pl. مَفَائِنُ Veru ad torrendum. Lignum, seu asser, quo furni ignis mouetur.

المِفتَأَدَة, & المِفتَأَن Idem.

لَحمٌ فَئِينٌ Caro assata.

فَأَنَ زَيدًا Cor Zaidi assecutus est.

فَأَنَ الخَوفُ فُلَانًا Metus illum corripuit.

الأُفؤُن, & الأُفؤُون Panis subcineritius.

الخُبْزُ المَفْؤُودُ Idem.

المُفْتَأَدُ Idem.

مُفْتَأَدُ الخُبْزِ Locus in quo panis subcineribus coquitur.

الفَئِيدُ Ignis. Tostum. Terrore perculsus.

المَفْؤُودُ Tostum. Terrore perculsus.

افْتَأَدُوا Ignem accenderunt.

التَّفَؤُّدُ Cum quid crematur. Combustio. Cum ignis accenditur.

الفُؤَادُ pl. أَفْئِدَةٌ & فُؤْدَانٌ (gen. masc.) Cor.

فُئِدَ Corde doluit. Illum cor excruciauit.

فَأَدَ fut. يَفْأَدُ Idem.

رَجُلٌ مَفْؤُودٌ Corde cruciatus. Cuius morbus ad cor pertingit. Imbecillo corde. Cætera vide in فود, & فيد

الفَأْرُ pl. فِئْرَانٌ & فِئَرَةٌ & فُؤُورٌ Mus.

الفَأْرَةُ pl. فَأْرٌ Muris fæmella.

النَّبْضُ الفَأْرِيُّ Pulsus genus, ita appellati, quod more muris saltitet.

فَأْرُ رُسْغِ الدَّابَّةِ Flatus quidā in iuncturis iumenti, qui cū fricatur dispergitur, cumque fricare intermittis, denuo coalescit.

الفُؤْرَةُ Idem.

الفَأْرُ Arbor quædam.

فَأْرَةُ المِسْكِ Musci vesica. Theca musci.

الفَأْرُ Muscus.

لَبَنٌ فَئِرٌ Lac, in quod mus deciderit.

أَرْضٌ فَئِرَةٌ Terra muribus affluens.

مَفْأَرَةٌ & أَرْضٌ مَفْئُورَةٌ Idem.

فَأَرَ fut. يَفْأَرُ Effodit. Sepeliuit. Occultauit.

فَأْرٌ Vrbs Armeniæ.

الفَئِيرَةُ Fructus quidā pro puerpera elixatus.

الفُؤَارَةُ Idem.

الفَيْرَةُ (Absque Hamzah) Vide فير

فَأْرَةُ الإِبِلِ Cum camelus suauem odorem exhalat. Cætera vide in فور

الفَأْسُ pl. أَفْؤُسٌ & فُؤُوسٌ Securis. Bipennis.

فَأْسُ اللِّجَامِ Fræni ferrum ori inditum ad palatum.

فَأْسُ الرَّأْسِ Extremitas capitis eminens supra occiput. Cum huiusmodi pars arripitur, vel eidem aliquid contigit.

الفَأْسُ مِنَ الضَّرْبِ Cum quid securi percutitur.

الفَأْسُ فِي الشَّيْءِ Rima. Scissura.

الفَأْسُ مِنَ الطَّعَامِ Cum cibus comeditur.

فَأَسَ الطَّعَامَ fut. يَفْأَسُ Cibū comedit.

فَأَسَ الشَّجَرَةَ Bipenni arborem percussit.

فَأَسَ الرَّأْسَ Assecutus est, & tetigit partem capitis supra occiput.

فَأَسَ اللِّجَامَ In fręno ferrum posuit, quod ori inderetur.

فَأَسَ الشَّيْءَ Rem scidit.

فَاسٌ Regio quædam ampla Occidentalis

الفُؤُوقُ Vide فوق

الفَائِقُ Res sincera. Pręstans. Defęcata res.

الفَأْلُ pl. فُؤُولٌ & أَفْؤُلٌ Diuinatio. Dinatio, quam ęgrotus captat ex sermone alterius, si nimirum inquiat, ò incolumis. Diuinatio, quæ alio quærendo captatur ex sermone alterius, qui inquiat, ò inueniens. Diuinatio tum bona, tum mala.

تَفَأَّلَ & تَفَاءَلَ بِهِ Diuinationem in hoc ex alterius sermone captauit.

Cum

الاِفْتِئَالُ Cum diuinatio captatur.

التَّفْئِيلُ Actus diuinandi.

لا فَأْلَ عَلَيْكَ Haud tibi detrimentum, noxaque contingit.

رَجُلٌ فَئِيلُ اللَّحْمِ Multa mole carnis.

الفِئَالُ Ludus quidam puerorum rem in terra abdentium, tum eandem diuidentium, qui quidem inquiunt, in qua parte est?

فَأَلَ رَأْيُكَ Errasti in hoc ludo. (Vsurpatur cum aliquem errare dicis, respondet Italorum voci, Fallo)

الفِيَالُ Idem.

تَفَاءَلَتِ الشَّيْءَ Diuinatio capta est, prosperane res, an infælix futura esset.

يُحِبُّ الفَأْلَ وَيَكْرَهُ الطِّيَرَةَ Amabat diuinationem, & detestabatur auspicia.

فَأَمَ مِنَ الماءِ fut. يَفْأَمُ Aquã abunde bibit.

فَأَمَ البَعِيرُ Camelus os herba impleuit.

فَئِمَ Idem.

تَفَأَّمَ Idem.

أَفْأَمَ القَتَبَ Sagma ad priorem partem amplificauit, illique aliquid addidit.

فَأْمَةٌ Masd. تَفْئِيمًا Idem.

قَتَبٌ مُفْأَمٌ Huiusmodi sagma, cui aliquid additum sit.

قَطَّعُوا فُؤُومًا Illud] in varias partes amputarunt.

الفِئَامُ Cœtus virorum. Multitudo. (singulari caret.)

فِئَامُ الهَوَادِجِ pl. فُؤُمٌ Pars media concaua sportarum.

فَئِمٌ جَارِكُ البَعِيرِ Camelus adipe plenus

بَعِيرٌ مُفْأَمٌ Camelus huiusmodi.

الفَأْوُ Percussio. Scissio. Rima. Distantia.

الفَأْيُ & الفَأْهُ Idem.

الفَأْوُ بَيْنَ الجَبَلَيْنِ Intercapedo inter duos montes. Vallis inter duo templa.

الفَأْوُ مِنَ الرِّمَالِ Domus, seu statio ex arena.

فَأْوُ الأَرْضِ Terra egregia, quam montes ambiant.

الفَأْوُ Vrbs quædam in Tsahid. Nox. Occidens. Locus quidam.

الفَأْوُ فِي الوَادِي Angustia in fluuio ad locum amplum vergens.

الفَأْوُ مِنَ المَوْضِعِ Locus plenus.

أَفْأَى In huiusmodi locum cecidit.

الانْفِئَاءُ Cum quid aperitur. Cum quid diffinditur, & dilatatur. Cum quid finditur.

الفِئَةُ pl. فِئُونَ & فِئُوتٌ, & فِئَاتٌ Multitudo. Caterua virorum. Gens aliqua.

الفَأْوِيُّ Vertex virilium.

الفَأْوَةُ Locus elatus, & expansus.

فَإِنْ فَأْوُ Licet peierent post iuramentum.

ف Ante ب

الفَبْأَةُ Pluuia celeriter defluens ad horam, tum quiescens.

ف Ante ت

الفَتُّ Cum quid comminuitur. Cũ in frusta quid scinditur. Cum quid manibus frangitur.

الفَتُوتُ & الفَتِيتُ Comminutum. In frusta scissum.

الفتوت Idem.

فت الصخرة Rima, seu hiatus in silice.

الانفتات Cum quid frangitur, & in frusta comminuitur.

فتات الشيء Fragmenta. Partes rei comminutæ.

فتوت الخبز Fragmenta panis.

الفتيت Idem.

فت في ساعده Illum imbecillum reddidit. Debilitauit.

الفتات Quod comminuitur in frusta.

فتته, & فتتة Illud comminuit. In frusta diuisit.

تفتت Comminutus fuit in frusta.

التفتت Actus comminuendi, & in frusta scindendi.

الفتة Fimus qui in frusta comminuatur, ex quo vas conficiatur.

فتة التمر Dactyli congesti.

الفتفت Cum camelus bibit, sed sitim non extinguit.

بينهم فتافت Arcana inter illos intercedût, quæ nec audiantur, nec intelligantur.

اهلك بيت فت (cũ tripl.voc.in ف) Domestici hinc inde dispersi.

اقبال التفتيت Magis recipiens fractionem.

مفتت In frusta scissum.

ما فتا (cum tripl. voc. in ت) Non prætermisit. (non adhibetur hoc verbum nisi cum negationis particula.)

ما افتا Idem.

فتى عنه fut. يفتا Similis fuit, & ab illo cohibitus fuit.

فتا النار Ignem extinxit.

ما فتيت اذكره Non prætermisi illius mentionem.

تفتا تذكر يوسف Mentionem, memoriamque Ioseph non prætermittetis.

فتا fut. يفتا Illud fregit. In frusta comminuit.

الفتو Cornu.

فتا Illius mentionem fecit. Illius recordatus est. Cætera vide in فتى

الفوتنج Idem ac Persarum بودنك Pharmacum quoddam. Herba quædam.

الفتح Cum quid aperitur. Auxilium, Alimentum. (ex Glos.) Lucrum.

فتح fut. يفتح Masd. فتحا Aperuit, (Idem ac פתח)

افتتح Idem.

استفتح Idem.

انفتح الباب Ianua aperta fuit.

تفتح Idem.

الفاتح Aperiens.

الفتح من الماء Aqua fluens.

الفتاحة Auxilium.

جاءكم الفتح Auxiliũ ad vos aduentauit.

افتاح Regio Christianorum ad fines Arabum. Fructus quidam similis alteri, qui appellatur granum viride.

فتح المطر Primordia pluuiæ vernalis.

فتح القدح Cum quid à patina effluit.

الفتح بين القوم Cum iudicium inter duos disceptantes exercetur.

فاتحه Illius iudex mutuo fuit.

افتح بيننا Inter nos iudex fuit.

فتح بيننا Idem.

Deus

اللهم افتح Deus nobis iudicium in hoc declara.

الفِتاحة , & الفُتاحة Iudicium.

الفَتْح Ianua ampla aperta.

المَفتوح Res aperta.

الفَتْح مِن القوارير Vas vitreum, seu matula vertice amplo, absque operimento, atque inuolucro.

استفتح Auxilium implorauit.

الاستفتاح Cum auxilium imploratur. Aperiendi actus.

الافتتاح Aperiendi actus.

المِفتاح pl. مَفاتيح Clauis. Quicquid ad rem clausam aperiendam adhibetur.

المِفتح Idem.

مِفتاح الفخذ والعنق Nota impressa coxæ, vel collo.

المَفتح Aerarium. Promptuarium. Cella ad res asseruandas. Qui rem in ærario conseruat.

فاتح Rem habuit. Inter duos disceptantes iudex fuit.

تفاتحا كلاما بينهما Sermone occulto collocuti sunt. Clam locuti sunt.

الحروف المُفتحة Præter ا ص ض ط ظ litteræ omnes.

الفتّاح Iudex. (Epithetum Dei.) Prætor.

فاتحة الشيء Rei initium.

فاتحة الانجيل Initium Euangelij.

فاتحة القرآن pl. فواتح Prima sectio Alcorani.

الفتحى Ventus.

الفتوح Exordium pluuiæ vernalis.

الفتوح من الناقة Camela ampla fistula vberum.

افتحت , & فتحت الناقة fut. تفتح Camela ampla fistula vberum fuit.

الفتحة Cum vir quod apud se habet, siue rectam institutionem prodit, & in ea perseuerat.

الفتاح pl. فتاتيح Auis quædam.

الفتاحية Auis alia.

ناقة مفاتيح Camela pinguis.

فتح الشيء Rem incæpit.

اينق مفاتيحات Camelæ pingues.

فتح البلاد Regionem expugnauit. Subiecit.

فتوحات الشام Victoriæ ex Assyria. Expugnationes Mesopotamiæ.

الفتح Dual. فتحتان Vocalis phatah (quod aperiatur os in illius pronunciatione.)

الفتخة , & الفتخة pl. فتخ , & فتوخ , & فتخات Annulus magnus in manu, & pede. Circulus argenteus, velut annulus. Annulus, quem plerumque mulier pedis digitis apponit.

الفتخ Iuncturarum mollicies, & laxitas. Latitudo manus, & plantæ pedis. Eorundem longitudo. Mollicies rei.

اسد افتخ Leo longo, latoque pede.

الفتخ في الابل Imbecillitas genu cameli, vel eiusdem curuitas.

الفتخ من الخلاخل Periscelides nullum sonum edentes.

فتخ اصابعه Digitos dilatauit. Digitos emolliuit.

الفتخاء Mollicies ligni, vel asseris, cui insidens mel exprimens.

Aues

الفَتْخَاءُ من الطَّيْرِ Aues alis mollibus.

ناقة فتخاء الأخلاف Camela vberibus prominentibus, antequam prægnans sit, quod vitio vertitur.

امرأة فتخاء Mulier pupullis turgidis, quod laudi ducitur.

فِتَاخٌ Locus quidam.

فُتُوخُ الأسد Iuncturæ pedum leonis.

افتتخ Defessus fuit. Præ labore anhelauit.

الأفاتيخ Res quædam emergentes à terra, quæ videntur tubera, donec dignoscantur.

رجل افتخ الطرف Oculis languentibus, & obtutu imbecillo.

فتيخ Locus quidam.

فتر fut. يفتر, & يفتر Masdar. فتورا, & فتارا Quieuit post vehementem motum. Torpuit, cum antea acer esset. Mollis fuit. Tepidus fuit. Remissus fuit.

فتر عن العمل Torpuit agendo. Cum antea solers esset in actione, elanguit.

فتره Masd. تفتيرا Illum torpere curauit. Tepescere curauit. Vim illius retudit.

فتر الماء Tepida fuit aqua, post magnum calorem. Deferbuit aquæ calor.

ماء فاتر Tepida. Deferuescens aqua.

ماء فاتور Idem.

فتر الحر Calor deferbuit.

فتر الشيء Rem metitus est adhibita mensura فترة

فتر جسمه Molles fuerũt corporis iuncturę. Corpus imbecillum fuit.

الفتر Cum acrimonia rei retunditur.

فتر العظم Os molle fuit.

الفتر, & الفترة pl. فترات Imbecillitas. Carnis superfluitas. Cum vis, & acrimonia rei retunditur. Tepor. Ociositas. Quies. Interpollatio. Cessatio.

الفتور Idem.

فترة الطعام Mensura quædam ciborum.

افترة الداء Illum morbus debilitauit.

الفتار Cum malum apparet.

طرف فاتر Oculus imbecillus. Haud acute videns oculus.

الفتر pl. افتار Quod intercedit inter extremum pollicis, & indicis.

الفتر Veluti mensa ex folijs palmæ, supra quam farina excernitur.

الفترة Quicquid inter duo ædificia intercedit. Piscis, quem cum pedibus conteris, ijsdem torpor accidit, itaut sudes.

الفتير Idem piscis.

افتر Imbecilla fuit eius palpebra. Retusa fuit acies videndi.

افتر الشراب Vinum potantem torpentem reddidit.

فتر السحاب Masd. تفتيرا Quieuit nubes, & ad pluuiam comparata fuit.

استفتر الفرس Equum currere curauit.

التفتير Idem ac المفتر Liber.

فتر Nomen proprium mulieris.

على فترة من رسل Cum mitti difiuerunt legati.

فتر الوحي Visio cessauit.

فترصه Illud amputauit.

الفتش Inuestigatio.

التفتيش Idem.

فتش الشيء fut. يفتش Masd. فتشا Rem inue-

inuestigauit. Scrutatus est.

فَتْشَة Masd. تَفْتِيشًا Idem. Illud diligentissime inuestigauit.

فَتَّشَ عَنْهُ De illo rogauit.

فَتْغَة Illud subegit cum vehemens esset.

تَفَتَّغَ تَحْتَ الضِرْسِ Sub molaribus contusa res fuit.

فَتْقَة fut. يَفْتُقُ Illud scidit. Disrupit. Dissuit.

فَتْقَة Masd. تَفْتِيقًا Idem.

تَفَتَّقَ, & إِنْفَتَقَ Scissus fuit. Dissutus fuit.

فَتَقَ الثَّوْبَ fut. يَفْتُقُ Masd. فَتْقًا Aliquam partem vestis non consuit. Dissuit.

إِنْفَتَقَ الثَّوْبَ Vestis dissuta fuit.

فَتَقَ الكَلَامَ Sermone rixoso fuit, & superbo.

مَفْتَقُ القَمِيصِ Scissura camisiæ, seu tunicæ.

الفَتْقُ Seditio. Ruptura. Scissura. Cum inter confęderatos, & amicos bellum exoritur.

الفَتْقُ, & الفَتَقُ Aurora. Matutinum tẽpus.

الفَتْقُ مِنَ الوَضَحِ Locus in quo non pluerit, licet ei adiacentia pluuia rigata sint.

أَفْتَقَ Cum illa mutua amicitia iunctus fuit.

الفَتْقُ Ruptura panniculorum, itaut corpus externum penetret. Morbus fracturæ pãniculorum infantis.

الفَتَقُ Cum mulier lata rima est. Cum vitiata est.

الفَتْقَاءُ Mulier huiusmodi.

هِيَ مُنْفَتِقَةُ الفَرْجِ Idem.

الفَتَقُ Vbertas.

زَمَانُ الفَتَقِ Tempus annona affluens.

فَتِقَ العَامُ Annus vberrimus fuit.

فَتَقَ المَرْأَةَ Stuprauit mulierem.

فَتَقَ السَّمَاءَ Cælos scidit, hoc est, multos effecit.

فَتَقَتِ الأَرْضُ بِالنَّبَاتِ Germinauit terra.

فَتَقَتِ السَّمَاءُ بِالمَطَرِ Pluuit. (quasi cælum scissum sit.)

فَتِقَتِ المَرْأَةُ Mulier lata rima fuit.

إِفْتَتَقَ فَرْجُهَا Idem.

فَتِقَ العَيْشُ Vita commodis affluxit.

الفَتِقُ Oppidum quoddam. Mulier seditioso sermone. Rixas sermone ferens.

اِمْرَأَةٌ مُنْفَتِقَةُ الكَلَامِ Idem.

الفَتِيقُ مِنَ الجِمَالِ Camelus ob pinguedinem disruptus.

رَجُلٌ فَتِيقُ اللِّسَانِ Vir lingua diserta.

نَصْلٌ فَتِيقُ الشَّفْرَتَيْنِ Sagitta duplici cornu.

الصُّبْحُ الفَتِيقُ Matutinum tempus valde prouectum. Aurora emergens.

الفَيْتَقُ Carpentarius. Locusta. Rex. Iumenta.

ذُو فِتَاقٍ Locus quidam.

الفِتَاقُ Mons quidam.

الفِتَاقُ فِي العَجِينِ Fermentum multum, quo cito massa fermentatur.

فَتَقَ الخُبْزَ Fermentum in massa posuit.

فَتَقَ العَجِينَ Idem.

فِتَاقُ الكَتِفِ Locus ad originem spatularum, albus.

فِتَاقُ اللِّبَاسَةِ Vestes, in quibus contextę sint figurę bacillorũ, quibus adherẽt dactyli.

فتاق الشمس Oculi Solis. Cornua Solis. Cum Sol nubem scindit.

انفتاق الغيم عن الشمس Idem.

فتاق الاودية Cum fluuij confluentes commiscentur.

الفتاق Aqua quorundam.

أفتق Illius iumenta pinguia fuerunt.

أفتق بالعرجون Paxillos dentium confecit ex bacillis botri dactylorum.

أفتق القوم Nubes illis scissa visa est.

انفتق عنهم الغيم Idem.

أفتق قرن الشمس In cælo Solis cornua ex nube, vel rima apparuerunt.

الحق عليه الفتوق Formula, qua aliquid pernicie vastari affirmant. Cum aliquis ære alieno, vel pauperie, vel morbo vexatur.

خرج الى فتق Exiuit ad sedem, quæ dilatetur, amplaque sit.

انفتقت الناقة Camelæ morbus accidit ad sedem inter vbera, & vmbilicum, itaut aliquando idcirco intereat.

فوتق Pagus quidam in Marui.]

فتق المسك Muscus suaue oluit, licet odori eius nihil alienum admixtum sit.

كما فتق الكافور بالمسك فاتقه Quemadmodum suaue olet Camphora, musco illi superaddito.

الفتك (cum tripl. voc. in ف) Cum ingeruntur quæ angunt, quæque animum excruciant. Cum per incuriam, & casu, vel data opera quis interimitur.

الفتوك Idem.

الافتاك Idem.

فتك fut. يفتك, & يفتك Audax fuit.

هو فاتك pl. فتاك Audax.

فتك به, & أفتك fut. يفتك, & يفتك Masd. فتكا (cum tripl. voc. in ف) Illud per vim accepit. Illum per incuriam interemit, & casu. Illum palam fauciauit.

الفتوكة, & الفتاكة Cum per incuriam, & casu aliquem interimis.

الفتك Idem.

فتك فى الامر In re diutius perseuerauit.

أفتك فى الامر Idem.

فتك الجارية Puella vehemens fuit, & audax.

فتك فى الخبث Masd. فتوكا Pessimus fuit.

المفاتكة Certamen. Dimicatio. Cum quid vehementer cadit, vt cibus, & huiusmodi.

فاتك الامر Res mutuo placuit. Contigit.

فاتك فلانا Illum perseuerare curauit. Stabilem reddidit.

فاتكه فى البيع Illi præbuit, quod in venditione conuenerunt. Illius iudex fuit, quando nihil præbuit ex eo, quod in venditione conuenerant.

تفتك القطن Cum gossypium excernitur, & expanditur.

تفتك بامره Illius negotia penetrauit, neque aliquem consuluit.

شيطان جعل يفتك على البارحة Sathanas externa nocte in me irruebat.

الفتكر, & الفتكر Aduersa fortuna. Res mira, & magna.

الفتكرين, & الفتكرين (cũ tripl. voc. in ف) Idem.

الفتكلين Calamitas. Aduersa fortuna.

فتل Illud neuit. Contorsit.

فَتَلَ الحَبْلَ fut. يَفْتِلُ Funem elaborauit. Contorsit.

الفَتْلُ Cum quid netur. Cum quid torquendo elaboratur.

الفَتِيلُ Quod contortum est. Quod neueris.

المَفْتُولُ Idem.

تَفَتَّلَ, & اِنْفَتَلَ الحَبْلُ Funis elaboratus fuit. (Idem de cæteris, quæ nendo, & contorquendo elaborantur.)

فَتَلَ وَجْهَهُ عَنْهُمْ Vultum ab eis conuertit. Auertit vultum ab illis.

الفَتِيلُ Funiculus ex villis, qui quidem alligatur supra annulũ, qui est prope asserem situm ad imam partem tentorij.

الفَتِيلُ فى النَّوَا Intercapedo in rima nuclei.

الفَتِيلُ مِنَ الوَسْخِ Sordes inuolutæ inter digitos.

الفَتِيلَةُ Idem.

فَتَلَ الوَسْخُ مِنْ أَصَابِعِ Sordes inter digitos inuolutæ fuerunt.

مَا أَغْنَى عَنْكَ فَتِيلًا Nihil ex te lucratus est.

مَا أَغْنَى الفَتِيلُ Idem.

الفَتْلَةُ Cista, seu folliculus grani arbusti السمر, & السلم (atque id proprie cum primum protuberat.)

أَفْتَلَ السَّمُرُ Apparuit folliculus grani huius arbusti primo protuberantis.

الفَتْلُ Quod in arbustis est loco folij, cum tamen folium non sit.

الفَتْلُ مِنَ الثِّيَابِ Vestis haud extensa, sed simul contorta.

الفَتَلُ Cum pars respondens cubito cameli constipata est, & solida. Cum prioribus pedibus valde distitis est camela à lateribus.

نَاقَةٌ فَتْلَاءُ pl. فُتْلٌ Camela huiusmodi.

نَاقَةٌ فَتْلاً Idem.

قَوْمٌ فُتْلٌ Manus illorum valde distitæ sũt à pectore.

النَّاقَةُ الفَتِيلَةُ Recalcitrans camela. Pedibus contumacibus.

الفَتْلَى Idem.

الفَتَّالُ Philomela. (quasi vocem cõtorqueat)

الفَتْلُ Garritus philomelæ.

يَفْتَلُ Regio in Tacharestan.

فَتَلَ ذُؤَابَتَهُ Illum à sententia sua dimouit.

الفَتِيلَةُ Lychnus. Ellychnium. Ellychnium papyraceum.

ذُبَالٌ مُفَتَّلٌ Idem.

الفَتِيلَةُ Quælibet res velut funis contorta.

مَا زَالَ تَفْتِلُ مِنْ فُلَانٍ فِى الذِّرْوَةِ والغَارِبِ Circumibit postquam illum defraudauit. Circumibit post locum fraudis eius.

اِنْفَتَلَ النَّاسُ إِلَيْهَا Declinauerunt, & abierunt versus illam.

الفَتْنُ Ratio rei. Norma rei. Status, & conditio rei.

عَيْشٌ فَنَّانٌ Vita duplicis rationis, tũ dulcis tum amara.

الفَتْنُ عَلَى النَّارِ Cum aliquid supra ignem crematur, & comburitur.

فَتَنَهُ عَلَى النَّارِ fut. يَفْتِنُ Illud supra ignẽ cremauit. Vstulauit.

الفِتْنَةُ Probatio. Tentatio. Experientia eius, quem re aduersa tentes. Cum commiscetur quid cum re alia.

المَفْتُونُ Idem. Experientia probatus.

بِأَيِّكُمُ المَفْتُونُ Probamini. Tentamini. (vbi ب est superuacaneum.)

فَتَنَهُ fut. يَفْتِنُ فَتْنًا, & فُتُونًا Illum ten-

tentauit. Experimento probauit.

أفتنه Idem.

فتن الذهب fut. يفتن Masd. فتنا, & مفتونا Aurum igne probauit.

دينار مفتون Denarium probatum.

الفتنة Error, seu cum quis aberrat. Infidelitas. Abnegatio. Cum quid æqualiter detegitur. Supplicium. Cum aurum, vel argentum eliquatur. Cum aliquem aberrare curas. Furor. Mania. Probatio. Experimentum. Iactura facultatum. Facultates. Scelus.

ألا في الفتنة سقطوا In scelus deciderunt.

فتنة الصدر Prauæ animi suggestiones.

الفتنة أشد القتل Grauius est fidem deserere, quam interficere.

حتى لا يكون فتنة Itaut Deo socium non addatis.

الفتنة Iactantia.

لا تجعلنا فتنة للذين كفروا Ne illos magis mundos nobis efficiatis, itaut se iactent increduli.

فتنة الرجل في أهله وماله Iactantia viri ob suam familiam, & facultates.

اصابت لي في مالي هنا فتنة Hoc malũ meis facultatibus accidit.

فتنته الدنيا Illum mundus iactatorem reddidit. Illum à recto tramite seduxit.

الفتنة Cædes. Seditio.

يفتنهم Illos interficiet.

أرى الفتن Videbo bella, & discordias.

فتنتم أنفسكم Animum crimine obstrinxisti.

فتناك فتونا Te elegimus.

ورق فتين Folium combustum.

الفتانة Lapis Lydius.

فتنة الناس Filij. Cum sententijs viri dissident. Discordia.

فتنه fut. يفتن Illum in errorem incidere curauit. Illum à cæteris diffidere curauit.

فتنه Masd. تفتينا Idem.

أفتنه Idem.

ذو مفتن In errorem actus. Ad discordiam adactus.

ذو مفتون Idem.

أفتتن In errorem actus fuit. Ad discordiam adactus fuit. Facultatibus spoliatus fuit. Dementatus fuit.

فتن Idem.

فتن إلى النساء Masd. فتونا Cum mulieribus scortari optauit.

فتن المرء Idem.

فتنت فلانة فلانا Illum hæc aberare curauit. Dementauit.

الفتين plur. فتن Terra nigris lapillis distincta.

الفتان Fur. Prædo. Diabolus.

الفاتن pl. فتان, & فاتنين Diabolus (quasi discordias ferens, seu in errorem trudens) In errorem trudens.

قلب فاتن Cor seductum.

الفتان pl. فتان Aurifex. Diabolus.

يتعاونون على الفتان Sibi opem ferent contra diabolum.

الفتانان Drachmæ. Denarij.

الفتان Operimentum viri ex corio.

فاتن , & فتين Nomina propria.

المفتون Furens. Oenergumenus, In errorem actus. Bonis spoliatus. Dementatus.

الذين فتنوا المومنين Qui fideles combusserunt.

الفتون Actus probandi experientia. Actus tentandi. (tum actiua, tum transitiua significatione) Seditio. Difficultas.

الافتتان Idem.

تفتنون في القبور Probabitis in sepulchris. De sepulchris mira,& portētosa rogabitis.

فتنه عن رايه A sententia sua illum dimouit.

فتنه عن الشي Illum à re declinare curauit.

ليفتنونك Te deuiare,& aberrare facient.

تفتن عن ديننا A fide nostra arcebitur.

الفتا Pueritia. Adolescentia.

الفتى pl. فتوان, & فتيان, & فتوة, & فتية & فتى & Dual. فتيان,& فتوان Adolescēs. Puer. Seruus.

الفتا Idem.

الفتى من الرجال Liberalis.

الفتاة pl. فتيات Puella. Ancilla.

الفتى من الدواب Iumentū florentis ętatis.

الفتية Fæmella brutorum florentis ætatis.

الحرب اول ما يكون فتية Cum primum bellum ortum est. (ac si bellum recens ortum esset)

الفتوة Adolescentia. Pueritia. Liberalitas.

فتى Masd. فتاء Adolescens fuit.

فتوتهم Illis liberalitate superior fuit.

ذو فتى السن Primæ ætatis.

تفتى, & تفاتا Se liberalem præbuit.

الفتوى pl. فتاوى Declaratio iudicij. Eruditio. Instructio. Expositio.

الفتيا Idem.

استفتيته Illum me erudire rogaui, Ab illo me instrui optaui.

سالته ان يفتى Idem.

تفتو Interrogabas.

افتاه & فتى Illum docuit. Illum erudiuit.

تفاتوا اليه Ad illud doctrinā se extulerunt.

فتيت البيت Carminis sensum exploraui, Exposui carmen.

فتيت من اللعب مع الصبيان Illum cū pueris ludere vetui.

الفتيان Nox, & dies. (quasi duo temporis infantes sint.)

افتاه في الامر Illum separauit. Erudiuit.

الفتيان Familia quædam.

الفتياني Ex hac familia.

الفتة pl. فتون Terra prædita lapillis nigris.

ف Ante ث

الفث Herba quædam ex cuius granis in annonæ charitate panis conficitur. Arbor colocyntidis.

الانفثاث Cum quid frangitur.

فث حلمته Stolam decidere fecit.

الفثة Copia. Multitudo.

تمر فث Dactylus multus, hinc inde dispersus.

Sæpius

كثير مفتّة Sæpius descendens.

ما افتتوا Haud vicerunt.

الفثاء Cũ quid deferuere curas. Imminutio. Cum vis rei, & acrimonia retunditur.

فثأ الغضب fut. يفثأه Iram sedauit. Iram mitigauit.

فثأ القدر Masd. فثأ & فثوء Olla deferbuit.

فثأ القرّ Frigus rei desæuit, quod calefacta fit.

افثأ الحرّ Calor sedatus est.

فثأ الشئ عنه Illi rem denegauit. A re illum cohibuit.

فثأ اللبن Spuma lactis elata fuit, quæ mox detumuit.

افثأ Defatigatus fuit, Defessus fuit. Pauper fuit. Constitit.

افثؤا للمريض Ob ægrotum lapides calefecerunt, illosque aqua adspeferunt, vt torminibus excruciatus sudaret.

الفثوء Sedans. Ira desæuiente.

الفاثج Camela prægnans, & macra. (& è contra) Camela prægnans, & pinguis.

الفاثج من الكوماء Camela magno gibbo, & obæsa.

فثج Imminuit rem. Vim rei retudit.

فثج الماء الحار بالبارد Frigida calentem aquã mitigauit.

فثج, & فثج Grauis ponderis fuit.

افثج Deferuit. Defessus fuit. Exhilaratus fuit.

افتثج Idem.

بئر لا تفتثج Puteus, cuius aqua potando non absumitur.

الفثج Cum aluus obæsus est.

الفثج pl. افثاج Idem ac الفحث per metathesim. Aluus. Quælibet res vacua.

الفثاثيث Nubes alijs ingestę. Vestium fulcra. Vestes alijs supposite.

فثاثير مفثورة Masd. فثاثير Thoraci, seu loricę fulcrum supposuit.

الفاثور Calix amplus ad sorbẽdum Mensa marmorea, vel aurea, vel argentea. Patina Patina prægrandis. Paropsis. Catinus.

فاثور الشمس Oculi Solis.

الفاثورة Vinum. Crocus. Sanguis.

الفاثورة من الجماعة Cateruæ in finibus hostium post illos incedentes ad illos explorandos.

الفاثور Explorator.

هم على فاثور واحد Illi sunt supra vnicum stratum. Illi sunt in eodem gradu dignitatis.

فاثور الرجل Pectus viri. (Idem de cęteris)

فثغ راسه fut. يفثغ Illius caput contudit, & confregit.

الفثاثيث Nubes albæ alijs ingestæ. Vestium fulcra, alijsque suppositæ vestes.

افثى الرجل Defessus fuit vir. Defatigatus fuit.

ف Ante ج

الفج pl. فجاج Via ampla, & lata inter duos montes.

الفجفاج Idem.

افج Huiusmodi viam obiuit.

سلك فجا Idem.

المفجج Crudum efficiens.

Acer-

الفج Acerbitas, seu cruditas pomorum, & huiusmodi.

الفجاجة Idem.

المادة الفجة Materia cruda, nec concocta.

الفج Pepo Assyrius. Pepo Indicus.

قوس فجاء Arcus chorda valde dissita ab eius media parte.

قوس منفجة Idem.

فججت القوس Chordam arcus extuli.

فججت ما بين رجلى Pedibus incessi inter se valde dissitis.

افججت Idem.

هو يمشى مفاجا Ita incedit.

تفاج Ita incessit.

الانفجاج فى الرجل Cum pedes valde dissiti sunt inter se.

افج Properauit.

افجت النعامة Brutum egessit stercus.

افج الارض بالفدان Terram aratro valde scidit.

رجل افج Vir quem constet dissitis pedibus incedere. Garrulus.

هو ابن الفجفج Idem.

هو فجاج Idem.

الفجفج, & الفجفج Garrulus. Qui ob ea se iactat, quibus caret.

الفجفاج Idem.

الفجفج Grauitas. Pondera.

الافجج Fluuius. Fluuius amplus, (& è contra) Fluuius angustus, & profundus.

الفجة Rima. Scissura.

حافر مفج Vngula scissa. Vngula stridorem edens.

الفجاءة Cum quid repente accidit. Quod tibi repente aduenit. Nomen proprium cuiusdam Poetæ.

فجاءة, & فجاءة fut. يفجاءة Masd. فجاءة, & فجاء, & فجاءة, & فجاءة Ad illum repente accessit. Illi repente accidit.

افتجاءة Idem.

فلجاءة Masd. مفاجاءة Idem.

فجاء الامر Res illi repente accidit.

فجئت الناقة fut. تفجاء Magnus fuit cameli vterus.

فجاء المراءة Cum illa concubuit.

الفاجئ Leo.

موت مفاجئ Mors repentina.

مات فجاءة Morte repentina obijt.

فوجئت به Repente in re deprehensus sum.

فجاءة الحق Veritatis repentina lux. Cum repente lux veritas emergit.

الفجح Familia quædam.

فجوح Auctor huius familiæ.

الفجر Aurora. Auroræ fulgor. Rubor Solis ad extremam noctem.

انفجر الصبح Aurora affulsit.

تفجر الصبح Idem.

انفجر عن الصبح الليل Nox ab aurora diuisa fuit.

افجروا Auroram ingressi sunt.

انت مفجر الى طلوع الشمس Tu mane adstas vsque ad Solis ortum.

الفجار

الفجار Torques. Oculus.

انفجر الماء Fluxit aqua. Erupit aqua. Emanauit.

تفجر الماء Idem.

فجره, & فجّر الماء Masd. تفجيرا Aquā fluere curauit.

المنفجرة , & المفجرة Aqua excurrens.

الفجرة Idem.

الفجرة من الارض Terra latens, in qua fluuij excurrant.

فجرة الوادى Pars latior fluuij ad quā aquæ excurrunt.

انفجرت الدواهى Vndiq; illum calamitates presserunt.

الفجر Cum quis rebellis est. Cum quis scortatur.

الفجور Idem.

فجر fut. يفجر Mæchatus est. Scortatus est. Perduellis fuit. Contumax fuit.

ذو فجور Scortator. Perduellis.

ذو فاجور pl. فجر Idem.

ذو فاجر pl. فجار Idem.

فجّره Masd. تفجيرا Illum contumacem, vel scortatorem affirmauit. Illum scortari, vel contumacem esse curauit.

الفجر Quod præbetur. Cum quid præbetur. Beneficium. Res bona. Dos præscripta. Munus dotale. Facultates. Copia facultatum.

انفجر بالكرم Liberaliter præbuit.

تفجر Idem.

الفاجر pl. فجار, & فجرة Mentiens. Fidem abnegans. A fide desciscens. In crimina erumpens. Veneficus. Deuians. Declinans. Simultatem animo fouens.

الفجار Cum quis mentitur, Cum quis fidem abnegat.

الفجور Idem. Mendacium. Dubitatio. Cum à recto declinatur. Corruptio. Scortatio. Adulterium.

الفاجرة Mulier huiusmodi.

الكذب يهدى الى الفجور Mendacium ad dubium adducit.

افجره Illum mentientem, & incredulum inuenit.

فجر الرجل Adulter fuit. Mæchatus est. Mentitus est. Perduellis fuit. Se aduersarium præbuit.

فجر من مرضه A morbo conualuit, & obtutus eius hebetatus est.

فجر امرهم Illorum res deprauata fuit.

فجر الراكب Masd. فجورا A sagmate declinauit. In sagmate inclinauit.

فجر عن الحق Deuiauit à recto.

ايام الفجار Quattuor quidam dies mensis Muharam, in quibus Coreis mala perpetrauit.

ذو فجر Locus quidam.

الفجيرة Locus alius.

ركب فجرة منوعة Mentitus est.

افجر Multa adduxit armenta. Multas attulit facultates. Mentitus est. Adulteratus est. Scortatus est. Infidelis fuit. A fide desciuit. A recto declinauit.

افجر الينبوع Fontem excurrere curauit. Aquam redundare curauit.

المنفجر Equus quidam celeber. Morbus quidam.

الانفجار فى الكلام Cum quis sermonem suo ingenio effundit, licet illum à nemine audierit, vel resciuerit.

افجر الفجور Scelus maximum.

Sci-

خَوَانِيقُ مُتَفَجِّرَةٌ Anginæ erumpentes.

الانْفِجَارُ Egressus. Eruptio.

الفَجْرُ Superbia. Fastus.

الفَجْسُ & الفَجْسُ, Cum quis superbit. Cum quis se magnum arbitratur.

فَجَسَ الانسانَ Cum vincitur vir. Cum cogitur.

فَجَسَ الفِعْلَ Cum aliquid malum commentaris. Cum mali quis est auctor.

أَفْجَسَ Se iactauit. Ob futilia gloriatus est.

فَجْفَجَهُ Illud contudit. Fregit.

فَجَشَ الشَّيْء Rem dilatauit. Amplã effecit.

فَجَعَهُ fut. يَفْجَعُهُ Illum dolore cruciauit.

فَجَعَهُ Masd. تَفْجِيعًا Idem.

تَفَجَّعَ Dolore excruciatus fuit ob aduersa.

الفَجْعُ Cum quis dolore excruciatur ob rẽ, qua caret, ob quam honore afficeretur.

فُجِعَ بِمَالِهِ Ob facultates suas excruciatus est

تَرَكْتُهُ بِهِ فَاجِعَةً Illum ob illud dolore excruciatum reliqui.

مَوْتٌ فَاجِعٌ Mors calamitosa. Mors ob calamitates excrucians.

مَوْتٌ فَجُوعٌ Idem.

الفَاجِعُ Coruus quidam.

أَمْرَأَةٌ فَاجِعٌ Mulier calamitate pressa.

الفَجِيعَةُ Calamitas.

فُجَاعٌ Nomen proprium.

فَنْجَقَ بَيْنَ رِجْلَيْهِ Pedibus diffitis fuit.

أَرْضٌ فَيْجَقٌ Terra ampla.

الْمُتَفَيْجِقُ Quod dilatatum est. Amplum.

أَنْفَجَقَ Dilatatus fuit.

فَجِلَ, & فَجَلَ fut. يَفْجَلُ, & يَفْجُلُ Masd.

فَجَلًا, & فُجُلًا Elanguit. Elumbis fuit. Crassior fuit.

فَجَلَ Masd. تَفْجِيلًا Illi contrarius fuit.

الأَفْجَلُ Qui pedibus inter se valde diffitis est.

الفَنْجَلُ Idem.

الفُجْلُ, & الفُجُلُ Raphanus. Rapa.

الفُجْلَةُ, & الفُجُلَةُ Singularis raphanus.

حَبُّ الفُجْلِ Granum raphani, simplicis genus.

الفَنْجَلَةُ Incessus cum languore.

الفَنْجَلَى Idem.

الفَيْجَلُ Ruta.

الفَاجِلُ Ludens aleis. In scelera erumpens.

أَفْجَلَ أَمْرًا Contrarium se præbuit rei.

الفَوْجَلُ Mentha. Falcastrum. (ex Glos.)

الأَفْجَمُ Qui oris latera crassiora habet. In cuius oris lateribus est aliqua crassicies.

الفَيْجَنُ Ruta.

أَفْجَنَ Rutæ esum frequentauit.

الفَنْجَنْكُشْتُ Simplicis genus. (Idem ac Bengiecheest.)

الفَجْوَةُ Intercapedo ingens inter duas res.

هُمْ فِي فَجْوَةٍ مِنْهُ Illi sunt in ampla intercapedine eius.

الفَجْوَةُ مِنَ الأَرْضِ pl. فَجَوَاتٌ, & فِجَاءٌ Terra ampla, & lata.

الفَجْوَاءُ, & الفَجْوَاءُ Idem.

فَجْوَةُ الدَّارِ Impluuium domus.

فَجْوَةُ الْحَافِرِ Quod intercedit inter vngulam quadrupedum.

فَجَا الْبَابَ Ianuam aperuit.

اِنْفَجَى الْبَابُ Patefacta fuit ianua.

فَجَا قَوْسَهُ Arcus chordam ad mediam partem eiusdem extulit.

اَفْجَيَتِ الْقَوْسُ Chorda arcus à media parte eiusdem elata fuit.

قَوْسٌ فَجْوَاءُ Arcus huiusmodi.

الْفَجَا Cum magna est intercapedo inter vtramque coxam, & genua, & crura. Cum ligna sarcinæ cameli valde dissita sunt.

فَجِىَ Cruribus, vel coxis, vel genu valde dissitis fuit.

هُوَ اَفْجَى Cruribus dissitis, & coxis.

هِىَ فَجْوَى Mulier huiusmodi.

فَجِىَ بَطْنُ النَّاقَةِ Aluus camelæ magnus fuit, & turgens.

التَّفْجِيَةُ Cum res detegitur. Cum res extollitur ab alia illam abdente.

التَّفْجِيَةُ Serpens.

اَفْجَى Sumptus magnos in familiam impendit.

فَجْوَةُ الرَّاسِ Occiput. (ex Auic)

ف Ante ح

الْفَحُّ Sibilus serpentis.

فَحِيحُ الْاَفْعَى Viperæ sibilus.

تَفْحَاحٌ & تَفَاحٌ الْاَفْعَى Idem.

اَفْعَى تَفُحُّ & تَفِحُّ Vipera sibilans.

الْفُحُحُ Serpentes concitati.

فَحَّتِ الْاَفْعَى fut. تَفُحُّ & تَفِحُّ Serpens sibilauit.

فَحْفَحَ Amore sincero fuit. Sincere amauit.

اَخَذْتُهُ فَحَّةً Illud ob vocem accepi.

هُوَ فَحْفَاحٌ Voce alterius aliquid incipiens.

فَحَّ فِى نَوْمِهِ Dormiendo stertit.

فَحَّةُ الْفُلْفُلِ Grana piperis conserta.

الْفَحْفَاحُ Fluuius quidam in paradiso, vt inquiunt Arabes.

الْفَحْوَاءُ Vide in فحى

فَحَثَ عَنْهُ fut. يَفْحَثُ Illud inuestigauit.

اَفْتَحَثَ Idem.

الْفَحِثُ Tentorium.

الْفَحِثُ pl. اَفْحَاثٌ Aluus. Quælibet res vacua.

مَلَأَ فَحِثَهُ Impleuit eius vterum. Rem vacuam impleuit.

فَحَجَ fut. يَفْحَجُ Superbiuit. Fastum prætulit.

فَحَجَ & فَحِجَ فِى مِشْيَتِهِ Masd. فَحَجًا Incedendo priori parte pedum propinqua fuit, & calcaneis dissitis. (vel è contra.) Pedibus distortis fuit. Pedes pedibus inuoluit, & contorsit.

فَحَّجَ Masd. تَفْحِيجًا Idem.

تَفَحَّجَ Idem.

هُوَ اَفْحَجُ Ita incedens. Qui distortis est pedibus.

هِىَ فَحْجَاءُ Mulier huiusmodi.

الْفَحَجُ Huiusmodi incessus.

التَّفَحُّجُ Cum valde pedes inter se dissiti sunt.

تَفَحَّجَتِ النَّاقَةُ فِى الْحَلْبِ Cum mulgeretur pedi-

pedibus diffitis fuit camela.

تَفَحَّجَ فِى البَوْلِ Pedes dilatauit ad mingen-(dū.

أَفْحَجَ Abstinuit. Se, vel alium coercuit.

أَفْحَجَ عَنْهُ Ab illo deflexit.

أَفْحَجَ Ingressus est intercapedinem pedum.

الفَحْدَلُ Incedens priori parte pedum propinqua, & calcaneis remotis. (licet auctor Camus id non admittat.)

أَفْتَدَرَ الكَلَامَ Locutus est suo ingenio, sed illius sermonem nemo probauit.

أَفْتَدَرَ الرَّأْىَ Singularem sententiam dixit, quam nemo secutus est.

الفَاحِشَةُ Scortatio. Crimen enorme. Foeditas. Quod à Deo vetitum est. Obscænitas. Res terminum, & metam excedens.

الفَحْشَاءُ Auaritia eleemosinæ, seu decimæ soluendæ. Obscænitas.

الفَاحِشُ Auarus eleemosinæ, vel decimæ soluendæ. Auarissimus. Terminum excedens. Magnas alios vincens. Obscænus. Turpis. Deformis.

فَاحِشُ العَظْمِ Deformi magnitudine.

فَحُشَ Masd. فُحْشًا Auarissimus fuit. Alios deuicit. Sermone obscæno fuit.

أَفْحَشَ Idem.

الفُحْشُ Obscænitas. Deformitas. Sermonis obscænitas.

الفَحْشُ Excessus termini. Iniquitas. Obscænitas.

لَا تَكُونِى فَاحِشَةً Non eris iniusta.

رَجُلٌ فَاحِشٌ Obscænus. Deformis.

رَجُلٌ فَحَّاشٌ Idem.

أَفْحَشَ الفُحْشَ Turpia attulit. Turpia manifestauit.

تَفَحَّشَ Idem.

أَفْحَشَ فِى الكَلَامِ Obscæna locutus est.

تَفَحَّشَ Idem.

فَحَصَ عَنْهُ fut. يَفْحَصُ Illud inuestigauit. Scrutatus est. Explorauit.

تَفَحَّصَ Idem.

أَفْتَحَصَ Idem.

الفَحْصُ عَنِ الشَّيْءِ Inuestigatio. Exploratio.

هُوَ فَاحِصٌ Inuestigans. Explorans.

فَحَصَ المَطَرُ التُّرَابَ Pluuia terram conuertit susque deque.

فَحَصَ فُلَانٌ Properauit.

فَحَصَ الصَّبِيُّ Infantis dentes duplices nutauerunt.

فَحَصَ القَطَا التُّرَابَ fut. يَفْحَصُ Masdar.

فَحْصًا Auis Carus in terra accepit locum ad nidificandum. Effodit nidum in terra. (idem de cæteris auibus)

اتَّخَذَ فِى التُّرَابِ فُحُوصًا Idem.

المَفْحَصُ Locus in quo auis Carus nidificat in terra.

الأُفْحُوصُ pl. أَفَاحِيصُ Idem.

الفَحْصَةُ Circulus in mento extremo.

الفَحْصُ pl. فُحُوصٌ Quilibet locus, quem incolas. Campus. Loca quædam Hyspalis, & Thalila, & Ascusa.

الفَحْصُ Inglans. Palus.

فُحِصَتِ الأَرْضُ Terra susque deque cõuersa fuit.

فَحَصُوا مِنَ الشَّعَرِ Crines auulserunt.

هُوَ فُحَيْصَى Hic socij, amicique sui occulta, & arcana explorat.

هُوَ مُفَاحِصِى Idem.

هُوَ فَاحِصِى Idem.

فَحَضَهُ fut. يَفْحَضُ Illud contriuit. Confregit.

fregit. (Vsurpatur plerumque de rebus teneris, & mollibus, vt cucumere, & pepone.)

الفَحْلُ pl. فُحُولٌ, & فِحَالٌ, & أَفْحُلٌ, & فِحَالَةٌ & فُحُولَةٌ Mas cuiuslibet animantis. Admissarius.

رَجُلٌ فَحِيلٌ Quem constat virilem esse, & præstantem.

رَجُلٌ بَيِّنُ الفُحُولَةِ Idem.

رَجُلٌ بَيِّنُ الفِحَالَةِ والفِحْلَةِ Idem.

يَفْحَلُ fut. فَحَلَ ابلَهُ فَحْلاً كَرِيماً Pro camelis elegit admissarium præstantem.

أَفْحَلَ Idem.

فَحَلَ الإبلَ In camelam admissariũ immisit.

أَفْحَلُ فَحِيلٌ Admissarius egregius. Admissarius probe subigens.

أَفْحَلَهُ فَحْلاً Illi admissarium commodauit.

الاِسْتِفْحَالُ Cum Arabes aliquem pinguem, egregiaque corporis mole vident, tum ex illo sobolem sumere curant.

كَبْشٌ فَحِيلٌ Hircus similis admissario camelorum, quoad vim, & præstantiam.

الفَحْلُ Sydus سهيل

فَحْلُ النَّخْلِ pl. فَحَاحِيلُ Palma masculea. Id, quo palma fæmella inseritur.

فُحَّالُ النَّخْلِ Idem.

الفَحْلُ مِنَ الراوى pl. فُحُولٌ Qui supra aquam stat.

الفَحْلُ مِنَ الحَصِيرِ Storea ex palma masculea contexta.

الفَحْلُ Locus quidam in Mesopotamia.

اِسْتَفْحَلَتِ النَّخْلَةُ Palma masculea fuit.

اِسْتَفْحَلَ الأَمْرُ Res inæquali statu fuit. Vicissitudines varias habuit res.

تَفَحَّلَ Admissario similis fuit.

فَحْلاَنُ Locus quidam.

فَحْلَتَانِ Locus quidam.

فَحْلٌ, & فَحَلٌ, & فِحْلٌ Loca quædam.

فُحُولُ الشُّعَرَاءِ Poetę satyris proscindentes illos à quibus male excepti sunt. Cum quis alium poetam se præstantiorem inueniens, illum satyra insectatur.

الفَحْلاَءُ Locus quidam.

التَّفْحَلُ مِنَ الشَّجَرِ Arbor haud pomifera.

الفَحْلُ مِنَ الشَّجَرِ Idem.

تَفَحَّلَ Veste se virum esse simulauit. Egregium, & præstantem virum se veste præsetulit.

تَفَحَّلَ الطَّعَامُ Cibus fædus fuit.

اِمْرَأَةٌ فَحْلَةٌ Mulier valida voce. Mulier eloquẽs.

الفَحْمُ, & الفَحَمُ pl. فِحَامٌ, & فُحُومٌ Carbo. Pruna extincta.

الفَحِيمُ Idem.

الفَحْمَةُ Singularis carbo.

فَحَّمَ, & أَفْحَمَ Veluti carbonem effecit.

تَفَحَّمَ In carbonem est conuersus.

فَحْمُ اللَّيْلِ Noctis exordiũ. Obscuritas densa noctis. Quod intercedit ab occasu Solis, vsque ad tempus, quo vir somnum capit. (& proprie in æstate.)

الفَحْمُ Cum hoc tempore bibitur.

أَفْحِمُوا عَنْكُمْ مِنَ اللَّيْلِ وفَحِّمُوا In nocte valde tenebricosa iter non habebitis.

فَحْمَةُ اللَّيْلِ, & فُحْمَةٌ Obscuritas noctis.

فَحْمَةُ الشَّجَرِ Bacchæ arborum.

فَحْمَةُ بنِ جُمَيْرٍ Media nox. (nisi à codice de-

decipior.)

الفاحِمُ Niger.

الفَحِيمُ Idem.

شَعْرٌ فاحِمٌ Crinis niger.

الفُحُومَةُ Nigredo velut carbonis.

فَحُمَ Masd. فُحُومًا Niger fuit.

أَفْحَمُ Obduro. (ex Glos.)

الفَحْمَةُ Sermonis obscuritas.

المُفْحَمُ مِنَ الرِّجالِ Vir, qui carmen recitare nequeat.

أَفْحَمَهُ الهَمُّ Illi cura, mærorque in causa fuit, vt carmen recitare nequiret.

أَفْحَمَهُ Illum in contentione silere fecit. (idē de cæteris rebus)

أَفْحَمَهُ Illum sermone obscuro inuenit. Illud nigrum inuenit.

فَحَمَ الصَّبِيُّ fut. يَفْحَمُ Masd. فَحْمًا, & فُحامًا & فُحُومًا Infans plorauit, itaut respirare nequiuerit.

فُحِمَ الصَّبِيُّ, & فَحِمَ fut. يَفْحَمُ Idem.

أَفْحَمَ Idem.

فَحَمَ الكَبْشُ Hircus bellauit.

كَبْشٌ فاحِمٌ Hircus bellans.

كَبْشٌ فَحِيمٌ Idem.

الفاحِمُ مِنَ الماءِ Aqua stagnans, nec fluens.

فَحَمَتِ الحَلِيبُ fut. يَفْحَمُ Masd. فُحُومًا Lac sedatum fuit, velut stagnaret.

فَحَمَ الرَّجُلُ fut. يَفْحَمُ Respondere nequiuit. Non addidit responsum.

فَحَّمَهُ Masd. تَفْحِيمًا Illud nigrum effecit.

الإفْحامُ Cum quis sermone est obscuro.

الفَحا, & الفِحا, & الفَحْوا pl. أَفْحاء Sementes. Sementes aridæ.

فَحَّى القِدْرَ Masd. تَفْحِيَةً Multæ sementes fuerunt in olla.

فَحَى بِكَلامِهِ إلى كَذا Hoc voluit sermone suo.

الفَحْوَةُ Fauus mellis.

فَحْوا, & فَحْوَى, & فَحْوُ الكَلامِ Mens, sensusque sermonis. Ratio sermonis.

فَحْواةُ الكَلامِ Idem.

الفِحْيَةُ, & الفَحْيَةُ Tomentum exile, & tenue. Tomentum quodlibet.

مَنْ أَكَلَ مِنْ فَحا أَرْضٍ Qui cæpas comedit.

ف Ante خ

الفَخُّ pl. فِخاخٌ, & فُخُوخٌ Laqueus. Pedica. (Idem ac ra) Locus quidam in Mecha.

الفَخُّ في الرِّجْلَيْنِ Cum pedes languidi sunt.

الفَخَخُ Idem.

الفَخَّةُ Idem.

فَخَّ النائِمُ fut. يَفِخُّ Masd. فَخًّا, & فَخِيخًا Stertit dormiens.

افْتَخَّ Idem.

فَخَّ الرائِحَةُ Odor redoluit. Diffusus est.

الفَخَّةُ Somnus post concubitum.

الفَخَّةُ مِنَ المَرْأةِ Mulier potēs, & obæsior.

الفَخَّةُ مِنَ النَّوْمِ Dormitio supra occiput.

Somnus matutinus.

الفَخَّةُ مِنَ القوس Arcus mollis, & remissus.

فَخْفَخَ In futilibus exultauit, & gloriatus est.

فَخِيخُ الأفعى Sibilus serpentis.

الفَخْتُ Lunæ splendor.

فَخَتَ الطَّبَّاخ Cum coquus ollam ab alia extrahit.

الفَخْتُ Laqueus. Pedica.

فَخْتُ السَّقْفِ Tecti foramen rotundum.

الفَاخِتَةُ pl. فَوَاخِتُ Auis quædam.

تَفَخَّتَ More huius auis incessit.

فَخَّتَتِ الفَاخِتَةُ Huiusmodi auis garriuit.

فَخَتَهُ fut. يَفْخَتُ Illud amputauit.

فَخَتَ الإِنَاءَ Vas detexit.

فَخَتَ رَأْسَهُ بِالسَّيْفِ Illius caput ense percussit.

فَاخِتَةُ Nomen proprium mulieris.

انْفَخَتَ السَّقْفُ Tectum perforatum fuit.

فَخَجَ fut. يَفْخَجُ Superbiuit. Fastum præsetulit.

الفَخْجُ Idem ac الفَجَجُ, sed emphasim majorem hæc vox habet.

الفَخْذُ, & الفِخْذُ, & الفَخِذُ pl. أَفْخَاذٌ (gen. fœm.) Coxa. Perna.

الفَخِذُ pl. أَفْخَاذٌ Genus viri, seu familia, ex propinquis, & affinibus. (Vox hæc minus significat quam tribus, & plus quam familia. (& est gen. masc.)

فَخَذَهُ fut. يَفْخَذُ Illius coxam assecutus est. Illius coxę aliquid effecit.

فَخَّذَهُمْ Masd. تَفْخِيذًا Illos assecutus est, quos hinc inde diuisit.

التَّفْخِيذُ Cum vir suam familiam vocat.

المُفَاخَذَةُ Idem.

فَخَّذَ العَشِيرَةَ Singulos affines, & propinquos vocauit.

الفَخِذُ Mulier virum comprehendens.

تَفَخَّذَ Procrastinauit. Distulit.

اسْتَفْخَذَ Se demisit. Alterius arbitrio se subiecit.

لا أَجِدُ المُفَاخَذَةَ فِي مَا عِنْدِي لا أَجِدُ مِنَ الأُصُولِ Non reperio prosapiā in ijs, quorum origo est apud me.

الفَخْرُ, & الفَخَرُ Cum quis gloriatur. Cum quis ob nobilitatem, & res honorificas gloriatur. Nobilitatis antiquę demonstratio. Nobilitas parentum.

الفَخَارَةُ, & الفَخَارُ Idem.

الفِخِّيرَى Idem.

الافْتِخَارُ Idem.

فَخَرَ الرَّجُلُ fut. يَفْخَرُ Masd. فَخْرًا Gloriatus est. Nobilem se prædicauit. Nobilis fuit.

افْتَخَرَ Idem.

ذُو فَاخِرٍ Nobilis. Gloriosus.

ذُو فَخُورٍ Idem.

الفَقْرُ فَخْرِي أَفْتَخِرُ Paupertas gloria mea; In ea gloriabor.

تَفَاخَرَ Cum alio de nobilitate certauit. Alteri superior esse certauit quoad nobilitatem, & gloriam.

افْتَخَرَ بَعْضُهُمْ عَلَى بَعْضٍ Idem.

فَاخَرَهُ Masd. مُفَاخَرَةً, & فِخَارًا Illi aduersatus est quoad nobilitatem, & gloriam.

أَفْخَرَهُ عَلَيْهِ Illum alteri quoad nobilitatem præ-

فَخَرَهُ fut. يَفْخُرُ Illi nobilitate, & honore superior fuit. In certamine gloriæ,& nobilitatis superior fuit.

فَخَّرَهُ fut. يُفَخِّرُ Illum nobiliorem affirmauit. Illo nobilior fuit.

الفَخِيرُ Qui alteri quoad nobilitatem, & gloriam aduersatur. Qui ab altero nobilitate, & gloria superatur.

الفِخِّيرُ Qui sępe gloriatur. Qui insigni est nobilitate.

المُفَاخِرُ Qui quoad nobilitatem alteri aduersatur. Aemulus nobilitatis.

الفَخْرُ, & الفَخْرَةُ, الفَخَرُ Id,in quo quis gloriatur. Id, quo quis nobilitatur.

الفَاخِرُ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ Quælibet res præstans. Quælibet res bona. Res qnælibet magna.

اِسْتَفْخَرَ الشَّيْءَ Rem præstantem emit.

الفَخُورُ Camela magnis yberibus, & modico lacte.

الفَخُورُ مِنَ الضُّرُوعِ Papilla obæsior, angusta fistula, & modico lacte.

الفَخُورُ مِنَ النَّخْلِ Palma magnis surculis, crassioribusque ramis.

الفَخُورُ مِنَ الفَرَسِ Equus magno veretro,& prælongo.

الفَيْخَرُ pl. فَيَاخِرُ Idem.

الفَخَّارُ pl. الفَخَّارَةُ Terra. Opus figulinũ. Hidria testacea.

الفَخَّارُ Figulus.

فَخَرَ fut. يَفْخَرُ Ieiunauię. Ob ieiunium bilis in naribus apparuit.

الفَاخُورُ Herba quædam suaue olens appellata رَيْحَانُ الشُّيُوخِ

المَفْخَرَةُ, & المَفْخُرَةُ Beneficia. Nobilitas.

فَخُرَ, & فَخَرَ fut. يَفْخَرُ Superbiuit. Fastum præsetulit. Venit fastum præseferens.

تَفَخَّرَ Idem.

فَخَّرَ غَيْرَهُ Illum falso superbum affirmauit.

فَاخَرَهُ Masd. مُفَاخَرَةً Cum illo de excellentia disceptauit.

المُفَاخَرَةُ Cum alter alterum superbię arguit. Disceptatio de nobilitate,& excellentia.

الفَخْرُ Præstantia. Excellentia. Cum aliquid præstans affirmas.

الفَاخِرُ Pomum,seu fructus absque nucleo.

الفَيْخَرُ Veretrum quadrupedum. Equus magno veretro. Vir obęsioribus virilibus.

ضَرْعٌ فَخُورٌ Papilla obæsior fistula angusta.

الفَخْسُ Cũ lingua,vel ore quid à manibus tuis accipis,siue aqua sit,siue quid aliud.

تَفَخَّسَ فِي مِشْيَتِهِ Fastum præsetulit in incessu. Ansatus processit.

فَخَشَ الأَمْرَ fut. يَفْخَشُ Rem elaborauit. Rem diuisit.

فَخِلَ اللَّوْنُ Masd. فُخُولًا Color fuscus fuit corporis ob maciem.

الفُخُولُ Macredo. Macies. Color fuscus ob maciem.

تَفَخَّلَ Præstantiam ostendit,& prudentiã. Se præparauit. Induit vestes pulcherrimas.

فَخُمَ Obæsus fuit. Magnus fuit. Magnæ fuit molis,& auctoritatis.

الفَخْمُ pl. فُخُومٌ Magnæ molis. Magnæ potentiæ. Carbo. (itaut idem sit ac فَحْم)

الفَخْمُ مِنَ المَنْطِقِ Ratiocinatio prudens.

التَّفْخِيمُ مِنَ الحَرْفِ Cũ dictio est indeclinabilis.

تَفْخِيمُ الشَّيْءِ Cum quis rem magnificat.

الفُخَامَةُ Idem. Cum quis dignitate eminere curat. Cum quis rem extollit.

الفَيْخَامُ Magnus. Cuius consilio omnia fiunt,nec absque illo aliquid præstatur. Idem.

الفخيم Idem.

شعر فاخم Capillus niger.

رجل فاخم Magnas. Magnus.

الفخامة Cum quid magnum est,& obesum.

الفخمة Magnitudo. Celebritas.

الفخفخ Res cocta.

ف Ante ن

الفنين Vox elata. Vox contenta. Vox echo resonans. Vox velut sibilus. Bellatus ouis prætereuntis.

الفنفن Idem quoad omnia.

فن الرجل fut. يفن Masd. فنينا Exclamauit. Voce contenta fuit,& vehementi. Sibilauit voce.

فن الشاة Ouis prætereundo bellauit.

رجل فنان pl. فنانون Vir valida voce. Vir valide fulgens.

الفنان Sermo voce obæsiori. Vox crassior in sermone.

الفنفن, & الفنين Idem.

له الفنان من الابل Possidet camelos à ducentis vsque ad mille.

الفنان Cum quis superbit. Cum quis fastum præfefert.

الفنانين, & الفنانون Arabes. Pastores. Agasones. Bouum,ac camelorum custodes. Agricolæ. Rustici. (quod hi omnes vocem cõtendant,siue agendis iumentis,siue arando.)

الفنانون من الابل Habentes multos camelos.

الفنانة Rana.

الفنفن Bubo.

الفنانة من الرجال Vir timidus.

الفنانة Auis quædam.

الفنفن pl. فنافن Desertum. Locus durus, & crassior. Locus eminens. Nomen proprium viri.

الفنفن من الارض Terra æqualis,& plana.

الفنن Locus quidam.

فن fut. يفن Masd. فنينا Præteriuit. Metam excessit.

يفن لي وعد Mihi promisit.

فن, & فنن Masd. تفنينا Incessu fastum præsetulit. Rebellis fuit,& contumax.

فن, & فنن البايع Mercator vendendo clamauit. Emptor emendo exclamauit.

فنفن الرجل Præterijt fugiens à fera, vel hoste.

الجفا والفنة في الفنانين Molestia, & vox contenta ijs,qui arando,& iumentis agendis exclamant.

الفناء Vide in فنى

الفونج Sportæ, quibus vehuntur viri supra iumenta. Vehiculum sponsorum.

الفونج من الناقة Pars corporis in qua camelæ sordes,& sudor conueniant. Axillæ camelæ.

الفونجات Locus.

فنحه الدين fut. يفنح Illum æs alienum oppressit. Graue fuit pondus æris alieni. Multum fuit æs alienum.

فوانح الدهر Timores temporis. Molestiæ temporis.

افنح الامر Rem grauem, & difficilem esse inuenit.

استفنح الامر Idem.

وَجَدَ الأَمْرَ فَادِحًا Idem.

الفَادِحَةُ Calamitas grauissima. Fortes. Superfluæ res. (ex doctissimo interprete.)

الفَادِحُ Magnus. Obæsus. Graui corpore.

الفَدِحُ Idem.

لَا يَتْرُكُوا مُفْدَحًا فِي فِدَاءٍ (Alij legunt مفرجا) Non deserent alieno ære oppressum, illis redimendis.

أَمْرٌ فَادِحٌ pl. أَفْدِحَةٌ (licet alij negent) Res in qua vir inique agat.

فَدَرَ الفَحْلُ fut. يَفْدِرُ Masd. فَدْرًا & فُدُورًا Admissarius subagitare amplius nequiuit. Deuiauit. Declinauit.

أَفْدَرَ Idem.

فَدَّرَ Masd. تَفْدِيرًا Idem.

فَحْلٌ فَادِرٌ pl. فُدُورٌ & فَوَادِرُ Admissarius huiusmodi.

الفَادِرُ Imbecillus.

طَعَامٌ مُفْدِرٌ & مَفْدَرَةٌ Cibus libidinem sedans. Cibus concubitum prohibens.

فَدَرَ اللَّحْمُ Caro elixata refrigerata est.

الفَادِرُ مِنَ الوُعُولِ pl. فُدْرٌ & فُدُورٌ & فَوَادِرُ Caper siluestris montem conscendens. Caper siluestris prouectæ ætatis. Caper siluestris florentis ætatis, & adultis artubus.

الفَدَرَةُ Capri siluestres huiusmodi.

مَكَانٌ مَفْدَرَةٌ Locus multo huiusmodi capro.

الفَادِرَةُ Silex amplus in vertice montis.

الفَادِرُ مِنَ النَّاقَةِ Camela solitaria.

الفِدْرَةُ pl. فِدَرٌ Carnis frustum.

فِدْرَةُ اللَّيْلِ Pars noctis.

فِدْرَةُ الحَبْلِ Pars funis.

فِدْرَةُ الجَبَلِ Rupes montis.

الفَدِرُ Stolidus. Fatuus.

الفَدِرُ مِنَ العُودِ Lignum facile frangendo.

الفَدَرُ Qui propinquus est ætati in qua pollui potest.

الفِدْرُ Argentum.

حِجَارَةٌ تَفْدِرُ Lapis, qui frangatur in partes siue magnas, siue minutiores.

رَجُلٌ فَدْرٌ & فَدْرَةٌ Vir solus abiens.

الفَدْرَمَعَةُ Lagena vitrea ad aquam gestandam pro equis. (Alij volunt pertinere ad فدرق)

الفُدْسُ pl. فِدَسَةٌ Aranea.

فُلَانٌ الفِدْنَسِيُّ Vir quem ignores ad quam stirpem referre debeas.

فَلَذْتُهُ مِنْ مَالِهِ فِلْذَة Illi præbui, seu sepofui partem mearum facultatum.

الفَالُوذَج Cibarium ex carne elixata in aqua cum aceto, & melle. (Idem ac فَالُوذَة)

الفَلَاوِزَة Ex regione Tsaidali. Fera quę Iam.

الفِلِز, & الفِلْز Aes album, seu stamnum. Ferrum vilissimum. Lapides. Terræ quęlibet substantia. Quod à re decidit cum eliquatur.

الفِلِزُّ مِنَ الرِّجَال Vir obæsus, & strenuus. Vir auarus.

فَلْزُ السُّيُوف Percussio, qua ensis probatur.

الفَالِيز pl. فَلَالِيز Hortus.

الفَلَّاز Hortulanus. Horti custos.

الفِلْزَدْرَج Arbor licium fructu velut piperis.

الفَلْس pl. أَفْلُس, & الفُلُوس, & فُلُوس Quadrans. Minutum.

الفَلَّاس Huiusmodi monetæ mercator. Qui in annulo quid scalpit.

الفِلْس Idolum quoddam.

الفَلْس Cum quis caret sagitta.

أَفْلَس Haud illi facultates, & armenta reliqua fuerunt. Illius drachmæ fuerunt minuta, & quadrantes.

فَلَّسَهُ القَاضِي Masd. تَفْلِيسًا Iudex decreuit nulla armenta illi superesse.

حَكَمَ بِإِفْلَاسِهِ Idem.

الأَفْلَس Cui nulla armenta, & facultates supersunt. Qui ne quadrantem quidem habet.

فَلَايِس Regio in Iamam.

Re-

تفلوس Regio quædam.

شئ مفلس اللون Res supra cuius superficiem splendor velut quadrantis.

افلس الرجل Quadrante, & minutis præditus fuit, cum antea drachmas haberet. Huius conditionis fuit, vt illi iure dicatur, ne quadrantem quidem habes.

المفلس Quadrante, & minutis præditus.

الفالسون Puncta. (ex Auic.)

فلوس السمك Squammæ piscium.

الفلس Flagellum. (citatur apud Ioan c. 2. sed in nullo exemplari, vel manuscripto, vel impresso reperitur.)

الفلسفة Philosophia.

الفيلسوف Philosophus.

فلسطين, & فلسطون Palæstinæ regio.

ذو فلسطى Ex Palæstinæ regione.

فلصه Masd. تفليصا Illum liberauit. Euadere illum curauit. Illum euasit.

افلص Euasit.

تفلص, & انفلص Idem.

افتلصه من يده Ab illius manibus illud accepi.

فلط عن سيفه Ob eius ensem consternatus fuit.

الفلط Repentina res.

الفلاط Repentinus aduentus. Casus inopinatus.

افلطنى Vide افلتنى cum idem sit. Ad me repente accessit. Mihi inopinanti accidit.

افتلطت بالامر In re deprahensus sum repente.

لقيته فلطا, & فلاطا Illum inopinato obuium habui.

فلطح القوس Arcum extendit. Arcum dilatauit.

راس فلطاح Caput latum.

راس مفلطح Idem.

فلطاح Locus quidam.

حسكة مفلطحة Spina ferrea, vel tribulus superiori parte lata, & ima angusta.

الفلطوس, & الفلطوس, & الفلطاس Preputium magnum, & obæsum. Vertex virilium latus.

الفلطوسة Rostrum suis.

تفلطس انف الانسان Nares dilatatæ sunt.

فلعه fut. يفلع, & يفلع Masd. فلعا Illud fidit. Amputauit.

فلعه Masd. تفليعا Idem.

تفلع, & انفلع Scissus est. Amputatus est.

الفلع, & الفلع pl. فلوع Scissio in pedibus.

الفالعة pl. فوالع Calamitas. Aduersa fortuna. (quasi scindat viri animum.)

الفلعة Gibbi cameli frustum.

لعن الله فلعتها Illam diris deuouit Deus.

مزادة مفلعة Mantica corio dissecto.

سيف فلوع, & فلع Ensis egregie cædens.

فلغ راسه Illius caput contriuit. Fidit.

فلغه بالحجر Lapide illud fidit. Contriuit.

فلغمونى Phlegmone.

الفولق Foueæ operimentum. Cuiuslibet rei

rei integumentum. Integumentum vestis. Epitogium.

الفَيْلَسُوفُ Philosophus.

الفَيْلَقُوصُ Polypus herba.

الفَلْفَقُ Arbor quædam.

الفَلْفَلْمُوِيَة Radix arbusti piperis.

فَلَقَهُ fut. يَفْلِقُ Rem scidit.

فَلَّقَهُ Masd. تَفْلِيقًا Idem.

يُفْلَقُ عَنْهُ Separabitur ab illo.

تَفَلَّقَ & ,اِنْفَلَقَ الشَّيءُ Scissa fuit res.

الفَلْقُ pl. فُلُوقٌ Rima. Fissura.

فِي رِجْلِهِ فُلُوقٌ Rimosis pedibus est. Pedum fissuris laborat.

فَلَقَ الصُّبْحُ Masd. فَالِقَةٌ Affulsit aurora. Erupit.

فَالِقٌ Illud creans. Illud findens ad folia ab eo educenda.

الفَالِقُ Locus quidam. Palma scissa à suis dactylis.

الفَلْقَةُ Nota inusta sub auribus cameli.

بَعِيرٌ مَفْلُوقٌ Camelus, cui nota sub auribus inusta sit.

الفَلْقُ Cum corium nullum strepitum edit, quod depilatum sit.

فَلْقٌ & ,عَنْ فِلْقٍ فِيهِ De rima, quæ ei inerat.

الفِلْقُ & ,الفِلْقَةُ & ,الفَلْقَةُ Aduersa fortuna. Calamitas. Angustia.

الفَلْقَى & ,الفَلِيقَةُ & ,الفَلِيقُ Idem.

الفِلْقُ مِنَ الأَمْرِ Res mira. Pars rei.

الفِلْقُ مِنَ القَوْسِ Arcus qui accipitur ex dimidio ligno.

الفِلْقُ مِنَ القَصَبِ Cum veretrū, vel arundo finditur in duas partes, & in vnaquaq; fissura est diuisio.

الفِلْقَةُ Fractio. Scissio. Frustum.

فِلْقَةُ القَصْعَةِ Dimidia pars paropsidis.

الفَلَقُ pl. فُلْقَانٌ Aurora. Splendor auroræ. Creaturæ omnes. Gehenna.

رَبُّ الفَلَقِ Dominus Deorum omnium.

الفَلَقُ مِنَ الأَرْضِ pl. فُلْقَانٌ Terra depressa, & latens inter duas alias eminentes.

الفَالِقَةُ & ,الفَالِقُ Idem. Virga inter duas arenæ rimas. Trabs in qua sint hiatus, & rimæ ad mensuram latitudinis cruris, ad quam viri se recipiunt. Trabs in qua sit rima ad longitudinem viri.

فَلَقُ اللَّبَنِ Reliquiæ lactis in fundo paropsidis.

يَا ابْنَ شَارِبِ الفَلَقِ O fili potantis reliquias lactis in paropside relictas. (quod probro vertitur)

الفَلَقُ فِي الجَبَلِ Montis hiatus. Cauerna.

الفَالِقُ Idem.

المُنْفَلِقُ مِنَ اللَّبَنِ Lac, cuius acor desiuerit.

الفَلَقُ Idem. Oppidum in Iamam.

أَفْلَقَ الشَّاعِرُ Poeta mira in medium attulit. Prodigiosa commentatus est.

اِفْتَلَقَ الشَّاعِرُ Idem.

جَاءَ بِفُلْقٍ فَلِقٍ Calamitatem intulit.

اِفْلَقَ وَافْلَقَ Calamitate vexauit.

الفَيْلَقُ Res mira. Oppidum quoddam.

الفَيْلَقُ مِنَ العِرْقِ Vena quædam colli. Vena quædam lacerti.

فليق

فَلْوقُ البَعِيرِ Locus abditus in collo cameli, ad meatum fistulæ gutturis eiusdem.

الفَلِيق Malum persicum à nucleo diuisum.

المُفْلَقُ مِنْهُ Aridum. Exsiccatum.

الفَيْلَقُ pl. فَيَالِقُ Exercitus. Sericum. Vir magnus.

تَفَلَّقَ Obæsus fuit. Pinguis fuit. Succussando dexter fuit, itaut illius alacritatem, & vim sis admiratus.

أَفْتَلَقَ & تَفَلَّقَ Idem.

مُفْلَاقٌ & رَجُلٌ فِلَاقٌ Vir abiectus. Ignominiosus. Paucis rebus præditus.

فَلَقُ Oppidum Nissaberi.

فَلُوقٌ & لَبَنٌ فَلَاقٌ Lac coagulatum.

فِلَاقُ اللَّبَنِ Cum lac acescit, & spissum fit.

أَفْلَاقًا & فُلَاقًا & صَارَ البَيْضُ فِلَاقًا Ouum fossum fuit, & rimosum.

فَلَاقَةُ أَجُرٍّ pl. فِلَاقٌ Tegulæ, vel lateris frustum.

شَاةٌ فَلْقَاءُ السُّرَّةِ Ouis lato vmbilico.

التَّفْلِيقَةُ Quæ paucis crinibus prædita est.

كَانَ ذَلِكَ بِفَالِقِ كَذَا Est locus decliuis inter duos alios prominentes.

الفُلْقَانُ Mendacium euidens.

أَخْرَجَ فِلَقَ خُبْزٍ Frusta panis exposuit.

فَلَقَ هَامَ المُشْرِكِينَ Illorum capita fidit.

البُكَاءُ فَالِقُ كَبِدِي Fletus meum hepar findit.

كَالفَلَقِ Sicut agitatio. Sicut agitatio, & commotio.

فَلْقَحَ مَا فِي الإِنَاءِ Bibendo, vel edendo exhausit vas.

رَجُلٌ فَلْقَحٌ Vir ridiculus. Qui coram viris frequentissime ridet.

يَتَفَلْقَحُ Vultum hilarem præsefert.

الفَلْقَسُ Auarus. Improbus. Prauus.

فَلْقَطَ فِي الشَّيءِ In re properauit. Celeriter rem egit.

فَلْقَطَ فِي الكَلَامِ Celeriter locutus est.

الفَلْقَمُ Latus. Amplus.

الفَلَكُ pl. أَفْلَاكٌ & فُلُكٌ Cælum. Sphæra cælestis. Firmamentum. Quælibet res rotunda, & crassior.

عِلْمُ الأَفْلَاكِ Astrologia.

الفَلَّاكُ Nauem conficiens. Astrologus.

الفَلَكُ مِنْ كُلِّ شَيءٍ Quælibet res circularis. Cuiuslibet rei pleraque pars.

الفَلَكُ مِنَ المَوْجِ Fluctus maris concitatus.

فَلَكُ المَاءِ Aqua à vento agitata.

فَلَكُ الرَّمْلِ Tumulus arenæ, cui adiaceant immensitates camporum.

فَلَكُ الأَرْضِ Terræ tumulus rotundus, & prominens.

الفَلْكَةُ pl. فِلَاكٌ Singularis huiusmodi tumulus.

الأَفْلَاكُ Quod circumabitur.

فَلَكَ ثَدْيُهَا Illius vbera rotunda fuerunt.

فَلُكَ & تَفَلَّكَ & أَفْلَكَ ثَدْيُهَا Idem.

تَفَلَّكَتْ & فَلَكَتِ الجَارِيَةُ Vberibus rotundis fuit.

جَارِيَةٌ فَالِكٌ Puella huiusmodi vberibus.

جَارِيَةٌ مُفَلِّكٌ Idem.

فَلْكَةُ المِغْزَلِ Orbita verticilli.

Con-

فَلْكَةُ الْبَعِيرِ Coniunctio inter duo spõdilia dorsi cameli.

فَلْكَةُ الرَّاسِ Res quędam in capite prominens. Tumor cutis capitis durus.

فَلْكَةُ اللِّسَانِ Radix linguæ.

فَلْكَةُ الرُّكْبَةِ Orbita genu.

فَلْكَةُ الزَّوْرِ Costæ mendosæ latus. Costæ rotundæ.

الفَلْكَةُ Quælibet res rotunda. Circulus. Rota. Orbita. Sphæra. Cælum.

الفَلْكَةُ مِنَ الأَكَمَةِ Agger, seu tumulus ex vnico lapide rotundo.

فَلْكَةُ الفَصِيلِ Res quędam scindens linguam pulli cameli, illumque lactare prohibens.

فَلَّكَ Masd. تَفْلِيكًا In re perseuerauit. Institit.

فَلَّكَتِ الكَلْبَةُ Canis marem appetijt. Se incuruauit. Incaluit.

الفَلَكُ Ossibus rotundis, & in orbẽ effectis.

المُتَفَلِّكُ العِظَامِ Idem.

الفَلَكُ مِنَ الرَّجُلِ Mole iuncturarum obæsiori. Cruciatus dolore orbitæ genu. Quem nates curuum reddunt.

الفُلْكُ (gen. & num. com.) Nauis. Nauis magna.

فِي الفُلْكِ الَّتِي تَجْرِي In naui mare sulcante.

الفَلَكُ Oppidum quoddam.

الفَيْلَكُونُ Ptisana hordei. Hordeum, & huiusmodi contusa, & aqua perfusa.

الأَفْلِيجَعَانِ Duæ quędam carunculę vuulę.

الفَيْلَكُوسُ Volubilis herba.

الفَيْلَكُونُ Biblos. Acorus. Pix. Bitumen.

الفَيْلَمُ Vir magnus. Vir timidus. Magna cæsarie, & coma.

الفَيْلَمُ مِنَ البِئْرِ Puteus latus, & amplus.

الفَيْلَمُ Pecten. Stragulum coriaceum.

فَيْلَمُ العَسْكَرِ Exercitus multo milite.

افْتَلَمَ أَنْفَهُ Illius nares abscidit.

الفِيلَمَانِيُّ Magna corporis statura.

تَفَيْلَمَ الغُلَامُ Puer pinguis fuit, & obæsus.

فُلَانٌ Quispiam. Quidam. (Hispanorum fulano.)

فُلَانَةُ Quædam mulier.

الفُلَانَةُ Quædam camela. Quædam vacca. (additur articulus solum ad indicandam ratione carentem fœmellam.)

رَكِبْتُ الفُلَانَ Camelo quodam vectus sũ.

يَا فُلُ O vir quidam.

يَا فُلَةُ O mulier quædam.

يَا فُلَتَانِ O duo quidam. O quædã mulieres.

يَا فُلُونَ O viri quidam.

يَا فُلَاتُ O quædam mulieres. (varia de hac voce habent Grammatici.)

الفَلَنْجَةُ Regio quædam.

الفَلَنْجَمُشْكُ Medicamenti simplicis genus.

الفَلَنْبَحُ Obæsus, & crassior. Nomen proprium cuiusdam Poetæ.

الفَلَنْقَسُ Ex patre liberto, & matre Arabe. Ex patre Arabe, & auis seruis, vel alienigenis. Ex matre Arabe, patre autem alienigena, cum tamen vterque sit seruus.

الفَلَنْقَسُ Auarus. Improbus.

الفَلْهَنُ & الفِلْهَنُ, Adolescens solers, & pinguis. Qui in somnis polluitur.

الفُلْهُنُ & الفَلْهُونُ, Idem.

الفَلْهَمُ Mare amplum. (& è contra) Mare exiguum. Lacus.

الفَلْهَمُ Rima muliebris.

الفَلْهَمُ مِنَ البِئْرِ Puteus amplus, & latus.

فَلَا الصَّبِيَّ Masd. فَلَاءً, & فُلُوًّا Infantem ablactauit. (Idem de pullo quadrupedũ)

أَفْلَاهُ, & افْتَلَاهُ Idem.

فَلَاهُ بِالسَّيْفِ fut. يَفْلُوهُ Illũ ense percussit.

فَلَاهُ بِالسَّيْفِ fut. يَفْلِيهِ Idem.

فَلَا زَيْدٌ Zaidus iter habuit. Peregre perfectus est. Sapiens est effectus post insitiam.

الفَلُوُّ, & الفِلْوُ, & الفَلْوُ pl. أَفْلَاءٌ, & فَلَاوَى Pullus siue asini, siue equi cum ablactatur. Pullus anniculus.

الفَلُوَّةُ Pullus huiusmodi.

الفَلَاةُ pl. فَلًا, & فَلَوَاتٌ, & فُلِيٌّ, & أَفْلَاءٌ Solitudo. Desertum aqua carens. Solitudo modica aqua pro camelis. Immensitas aruorum, & camporum.

أَفْلَى, & أَفْلَا الرَّجُلُ In solitudinem se contulit, & desertum. Desertum ingressus est. Tempus fuit, vt puer ablactaretur.

أَفْلَى الفَرَسُ Tempus fuit equo, vt pullus ablactaretur.

افْتَلَا المَكَانَ Loci pabula absumpsit.

فَلَا Locus quidam.

الفَلْوُ, & الفَلْيُ Cum quis ense percutitur.

فَلَيْتُ الرَّأْسَ Masd. فَلْيًا Caput à pediculis purgaui. In illius capite pediculos quæsiui.

الفَلَا, & الفِلَايَةُ. Cum caput à pediculis mundatur.

فَلَيْتُ الشِّعْرَ Carmen disposui, eiusdemque sensum elicui.

فَلَى فُلَانًا Illum in sua incuria vidit.

اسْتَفْلَى رَأْسَهُ Rogauit sibi caput à pediculis mundari. Conquiri pediculos rogauit.

تَفَالَى رَأْسَهُ Idem.

التَّفْلِيَةُ Cum quis cameli caput à pediculis mundari curat.

التَّفَالِي Cum ad id quis opem implorat.

الفَلْيُ Cum quid amputatur.

فُلِيَ Amputatus est.

فَلْيٌ Mons quidam.

فَالِيَةُ الأَفَاعِي Exordia mali. Vespertilio. Auis Catus cum scorpionibus, & serpentibus versans, cumque exeunt à latibulo ad eosdem accedens.

لَتَفْلِيَنَّ بِالسَّيْفِ Ense percuties. Ensem vibrabis.

ف Ante م

الفَمُ, & الفُمُ, & الفِمُ pl. أَفْمَامٌ Dual. فَمَانِ Os, ris. Multa habent de hac voce Grammatici, & volunt pertinere ad فاه, cum habeat in plurali أفوا

فَمَّ مِنَ الدِّبَاغِ Illud abstraxit à re, qua coria concinnantur.

فَمْ Dictio copulatiua. Sed vide فَ, & ثُمَّ

أَفَامِيَةُ Regio Apamiæ.

الفَامِيُّ Ex hac regione.

ف Ante ن

الفَنُّ pl. أَفْنَانٌ, & فُنُونٌ (Deducitur ab Hebræorum

bræorum פנים, vel פנה) Modus. Genus rei. Ratio rei (Interpres Auic. habet Phen)

الأَفْنُونُ Idem.

فُنُونُ الأَمْوَالِ Varia genera armentorum, & facultatum.

الفَنّ Pulchritudo. Impulsio. Insectatio. Imbecillitas. Incuria. Cum tempus ad debitum soluendum præbetur. Cum fide credita res venditur. Opulentia. Exornatio.

أَفْتَنَّ Varia ratione locutus est. Varias rationes sermonis iniuit.

أَفَانِينُ الكَلَامِ (Idem ac פנים) Variæ sermonis rationes, & modi.

رَجُلٌ مُفْتَنٌّ Vir vario sermone, variaq; ratione loquendi.

فَنَّنَ النَّاسَ Viros varij generis affirmauit. In varia genera distribuit.

فَنَنْتُ الإِبِلَ Camelum egi, & impuli.

الأُفْنُونُ Serpens.

الأُفْنُونُ مِنَ العَجُوزِ Vetula languens.

الأُفْنُونُ مِنَ الغُصْنِ Ramus implicatus.

الأُفْنُونُ مِنَ الكَلَامِ Sermo implicatus. Sermo varius.

الأُفْنُونُ مِنَ الجَرْيِ Cursus duplicis generis, hoc est, cōstans ex cursu equino, & camelę.

الأُفْنُونُ Calamitas. Angustia.

أُفْنُونُ الشَّبَابِ Adolescentiæ exordium.

أُفْنُونُ السَّحَابِ Nubium initium. Prima nubes.

أُفْنُونُ Agnomen cuiusdam Poetæ.

الفَنَنُ pl. أَفْنَانٌ, & أَفَانِينُ Ramus.

ذَوَاتُ أَفْنَانٍ Vario colore prædita.

شَجَرَةٌ فَنَّاءُ Arbor multis ramis.

شَجَرَةٌ فَنْوَاءُ Idem.

التَّفَنُّنُ Confusio. Commixtio.

التَّفَنُّنُ فِي الطَّرِيقِ Cum in via sunt multa diuerticula, & calles.

التَّفَنُّنُ فِي الثَّوْبِ Cum vestis obsoleta est, non tamen scissa. Cum vestis varia ratione contexta est.

فَانَّة Locus quidam.

شِعْرٌ فَنَّانٌ Carmen varios sensus, & rationes habens.

امْرَأَةٌ فَيْنَانَةٌ Mulier multum crinita.

الفَنَنُ Vlcus, & tumor in axillis. Torminis genus.

بَعِيرٌ فَنِنٌ Tumore axillarum laborans camelus. Hoc tormine laborans.

بَعِيرٌ مَفْنُونٌ Idem.

الفَنَانُ Onager.

رَجُلٌ مُفِنٌّ Vir admiranda afferens. Miracula prædicans.

امْرَأَةٌ مُفِنَّةٌ Mulier huiusmodi.

الفِنَّةُ Hora.

فِنَّةُ الدَّهْرِ Pars aliqua temporis. Extrema pars ætatis.

الفَيْنَةُ Idem.

الفُنَّةُ Copia herbarum.

المُفَنَّنَةُ Vetula prauæ indolis.

المُفَنَّنَةُ مِنَ النَّاقَةِ Camela, quam arbitrabaris iam nouem, vel decem mensibus prę gnantem, quam ab admissario coerceas.

ذُو فَنٍّ عِلْمٍ Rite scientia excultus est. Rite scientiæ vacat.

الفنوى Quidam ita appellatus.

فنقن Camelum suum ob desidiam, vel procrastinando à reliquis segregari passus est.

أستفنه Illum reprehendit, quod vario incessu esset, vel quod varius esset in rebus, vel quod vario esset sermone.

فنن Diuisit. Diuersam rationem iniuit. Varius fuit.

المفننة Diuersā rationē habens. Diuersa res.

الفناء Copia. Multitudo.

الفناء Turba. Conuentus. Plebs.

جاء فنوء منهم Multitudo illorum venit.

الفناء pl. افنية Latera, & extrema domus.

الفناء Discessus. Arbor multum ramosa. Cætera vide in فنى

الفنتق Vide فنتق cum idem sit.

الفنج Pondera. Sarcinæ.

الفنج Nomen proprium.

الفنج Idem ac Persarum فنك

الفنجرنوس Serpens quidam, quem interpres Auic. appellat Fumusum.

الفنجش Latus. Amplus.

الفنجل Iumentum quoddam. (forte Centaurus.)

الفنجل Vir priori parte pedum propinqua, & parte extrema dissita incedens. Vir ob phlegma viscosum caluus. Corium abrasum.

الفنجلة Cum coxæ, & pedes valde dissiti sunt. Incessus imbecillus, more senis.

الفنجلى Idem.

فنح الفرس من الماء Bibit equus, sed non abunde, nec ad satietatem.

الفنوح Cū quis bibit, sed non ad satietatem.

الفنجليس Præputium magnum. Vertex virilium amplus.

الفنخ Victoria. Expugnatio. Contemptus. Cum quid vile esse demonstratur.

التفنيخ Idem.

تفنيخ العظام Cum os absque scissura absumitur, vel absque quod sanguis emittatur.

الفنخ Qui hostes contemnit. Qui hostium capita sæpe frangit.

الفنيخ Elumbis. Languens. Imbecillus.

فنخه Illum expugnauit. Illum contempsit. Vilem reputauit.

الفنخورة Vir sæpe nobilitatem suam commendans. Vir sæpe suas laudes celebrans.

الفنخورة من الصخرة Silex à summo monte decisus, sed eneruis, nec solidus. Aliquid huic simile.

الفنخر Quod durum est, & durat. Seuerus, & constans.

الفناخر, & الفنخر Magnæ staturæ vir.

الفناخرة, & الفنخرة Mulier huiusmodi.

الفناخر Latus. Amplus.

الفنخليس Vide فنجليس cum idem sit.

الفند, & الفندة Mons magnus. Rupes. Agnomen cuiusdam.

الفند من الارض Terra ad quam pluuia nō peruenerit. Terra in qua non pluerit.

فند الشجرة Ramus.

فند الشي Species, seu genus rei.

فند القوم Conuentus gentis. Sedes conuentus.

الفند

الفَنَنُ Littera. Apex. Extremitas rei.

فَنَنُ العَقْلِ Cum quis delirat ob morbum, vel ob ſenium.

الفَنَنُ فى القَوْلِ Error in ſermone.

الفَنَنُ فى الرَّايِ Cum quis errat in conſilio, & ſententia.

الافْنَانُ Mendacium.

الفَنَنُ Idem.

شَيْخٌ مُفْنِنٌ Senex deliirans. (non dices tamen عَجُوزٌ مُفْنِنٌ cum vetula numquam ſapere videatur.)

مُفْنِنٌ, & رَجُلٌ مُفَنَّنٌ Garrulus ob metum, vel ſtoliditatem.

فَنَّنَ fut. يَفْنِنُ Maſd. فُنُونًا Mentitus eſt.

افْتَنَ Idem.

أفْنَنَ فى الكَلَامِ Errauit in ſermone.

فَنَّنَهُ Maſd. تَفْنِينًا Illum mentiri curauit. Illum errare curauit.

افْنَنَهُ Idem.

فَنَّنَ رَايَهُ Illum in ſententia errare fecit.

فُنِنَ رَايُهُ Conſilio imbecillo fuit ob ſenium.

أفْنَنَهُ الكِبَرُ Illum ſenium delirare fecit.

فَنَّنَ الفَرَسَ Equũ macie extenuari curauit.

فَنَّنَ فُلَانًا عَلَى الأَمْرِ Virum optauit ad aliquid. (& è contra) Virum à re mutuo auertit.

فَانَنَهُ Idem.

تَفَنَّنَهُ Idem.

فَنَّنَ فى الشَّرَابِ Supra potum incubuit. Potando durauit.

فَنَّنَ فُلَانٌ Supra verticem montis ſedit. Montem verticis conſcendit.

فِنَنٌ Mons quidam. Nomen viri proprium.

أبْطَأُ مِنْ فِنَدٍ Tardior Phenedo. (Prouerbialis formula de tardiſſimo; deſumpta à Phened, qui cum ad ignem capiendum miſſus eſſet, quoſdam ſecutus quos inuenerat, poſt annum redijt, ignemq; attulit)

الفَانِيَنُ Vide الفانين

أفْنَانُ اللَّيْلِ Partes noctis.

تَتْبَعُونِى أفْنَانًا أفْنَانًا Beneficia negare proſequimini.

صَلَّى النَّاسُ أفْنَانًا أفْنَانًا Singillatim orarunt abſque præcentore. Turmatim venerunt.

أفْنَانُ المَلَائِكَةِ Sexaginta angeli.

التَّفْنِينُ Vituperatio. Cum quid culpatur. Cum aliquem imbecillo conſilio eſſe affirmas. Cum aliquem mentiri curas. Cum quis debilitatur, & impotens redditur.

تُفَنِّنُونِ Me mentiri curabitis. Me impotentem reddi curabitis. Me culpabitis. Me dementem eſſe dicetis, & ſtolidum.

قُدُومٌ فُنَاوَةٌ Acceſſus propinquus.

التَّفَنُّنُ Cum quis prope accedit.

فَنَادِيدُ, & الفَنَادِيَةُ (ſed irregulariter) Viri. Mortalium genus.

الفِنْدِيرَةُ, & الفِنْدِيرُ Fruſtum magnum, ſeu pars magna fructus, vel dactyli. Silex magnus, qui à monte ad latitudinem auellatur.

فَنْدَسَ الرَّجُلُ Metam prætergreſſus eſt. Inique egit. Aduentauit.

فَنْشَهُ Illum vicit.

غُلَامٌ فُنْيُشٌ Puer ſtrenuus, & potens.

فُنْدُشٌ Nomen proprium.

الفُنْدُقُ Caupona. Diuerſorium. Officina. (agnoſco vocem Italorũ Fondaco.) Auellana, itaut idem ſit ac البندق Corylus. Locus quidam. Agno men cuiuſdam.

فُنْدُقُ الحُسَيْنِ Locus quidam.

الفُنْدَاقُ Liber dati, & accepti. Liber rationum.

فُنْدُلَة Nomen proprium viri.

فُنْدِين Oppidum Maruense.

الفُنْدِينِى Ex hoc oppido.

الفَانِيدُ Dulciarij genus. (à Persarum پانيد deflexa vox) Saccharum. Succus arundinis sacchari elixati, & congelati.

الفَنْزَرُ Tentorium supra trabem longitudinis sexaginta cubitorum pro vexillo.

الفَنْسُ Pauperies magna. Pauperies extorrem faciens, & timorem incutiens.

الفَانُوسُ Susurro. Culpa notans.

كَانَ فَانُوسَ السَّمْعِ De illius fama oblo-quebatur. Infamia notabat.

فَنَشَ فِى الأَمْرِ Masd. تَفْنِيشًا Languit in re. In becillitatem, & languorem præsetulit.

الفَنْشَخَة Cum quis defessus est. Procrastinatio. Cum pedes ad mingendum dilatantur. Cum vir consenescit, & ad decrepitatem vergit.

المُفَنْشَخُ Abiectus. Culpis notatus.

تَفَنْشَخَتِ المَرْأَةُ Pedes dilatauit in cōcubitu.

فَنْشَخُ Nomen proprium.

المُفَنْشَلُ Dispersum.

جَاءَنَا مُفَنْشَلَ لِحْيَتِهِ Venit ad nos barba di-spersa, & diffusa.

المُفَنْشَى Dispersum.

جَاءَنَا مُفَنْشِيًا لِحْيَتَهُ Venit ad nos barba diffusa, & dispersa.

فَنْطَعُ Nomen proprium viri.

الفِنْطِيسُ pl. فَنَاطِيسُ Virilia. Vir latis naribus. Vir naso obtusiori. Nasus naribus latis, & earundem extremitate resupina, seu sima. Culpatæ stirpis, & prauæ. Qui laborat culpa, & vitio parentum.

الفِنْطِيسَة Rostrum suis. Rostrum lupi.

ذُو مَنْعِ الفِنْطِيسَة Rostro se tuetur. Valido rostro est ad se tuendum.

الفِنْطَاسُ Sentina. Locus ad quem in naui confluunt aquæ. Vas prægrande, seu vter amplus cum tabulis ad gestandam aquam pro potu. Cyatus, seu scutella, qua distribuitur aqua dulcis.

الفِنْطَلِيسُ Vertex virilium amplus, & magnus.

فَنِعَ Multis facultatibus, & armentis affluxit. Creuerunt, & multiplicata sunt armenta. Creuit. Incrementum accepit.

ذُو فَنَعٍ Cuius facultates multiplicantur. Crescens.

ذُو فَنِيعٍ Idem.

الفَنَعُ Bonum. Liberalitas. Præstantia. Additio. Incrementum facultatum. Fama egregia. Celebritas nominis.

فَنَعُ المِسْكِ Musci fragrantia. Cum musci odor diffunditur.

الفَنِعُ Celebris. Fama nobilis.

الفُنُقُ Locus quidam prope Medinam.

الفُنُقُ مِنَ الفَحْلِ pl. أَفْنَاقٌ & فُنُقٌ Admissarius egregius, nec domesticis noxius, nec ad vehendum adhibitus.

الفَنِيقَة pl. فَنَائِقُ Saccus, & proprie fœni.

جَارِيَةٌ فُنُقٌ Puella deliciosa. Mollis, & læuis.

جَارِيَةٌ مِفْنَاقٌ Idem.

ناقة فنق Camela recentis ętatis,& pinguis.

أفنق Deliciatus est post calamitatem, & angustiam.

فنقه Masd. تفنيقا Illum delectauit. Voluptatem illi attulit.

التفنيق Cum quem voluptate perfundis. Cum quis deliciatur.

تفنق Delectatus est. Delicijs vacauit.

فنق الرجل Idem.

عيش فنايق Vita deliciosa,& commodis affluens.

الفنقورة Foramen podicis. Foramen cuiuslibet rei.

الفنقوان Idem.

الفنقع Muris fœmella.

الفنقعة Podex quadrupedum. Clunes.

الفنقع Mors.

فنك بالمكان fut. يفنك Masdar. فنوكا Constitit in loco.

فنك عليه In illo perseuerauit. In illo mentitus est.

أفنك Idem.

فنك فيه Illi institit. Durauit in illo.

أفنك Idem.

فنك الجارية Puella vsurpata est.

فنك الطعام Frequentauit esum cibi, nec ex eo aliquid egessit.

فنك Masd. فنوكا, & فانكا Idem.

فنك فى الأمر Rem penetrauit.

العنيك Extrema maxillarũ. Locus ad quem conueniunt maxillæ ad mentum. Os ad quod capitis circulus terminat. Radix caudæ ad clunes.

الافنيك Idem.

الفنك, & الفنك Radix caudæ ad clunes. Cum limitem excedis: Cum in re perseueras. Victoria. Mendacium.

الفنك Ianua.

فنك, & فنك الليل Hora noctis.

الفنك Brutum quoddam vtilissimum, ex cuius pelle vestes pelliceæ accipiuntur.

فنك Oppidum in Samarcand. Castrum quoddam.

الفنكة Mulier fatua.

الفناكى Appellatio cuiusdam.

الفنك Pumex. Mastrago. (ex Glos.)

الفنيل Mulier breuis. Ceruix elephantis.

فنى,& فنى Masd. فنا Desijt. Defecit. Absumptus est.

أفناه Illum deficere curauit. Illud absumpsit.

فنى الرجل Consenuit. Vetulus est effectus.

الفاني Senex. Decrepitus.

تفانو Alter alterum absumi curauit. Alter alterum absumpsit in bello,& profligauit.

فناء الدار pl. أفنية, & فنى Platea ante domum. Latera domus protensa. Latitudo domus.

هو فى فناء المسجد Ille est in ampliori parte phani.

فاناه Cum illo versatus est familiariter. Illum decepit.

أرض مفناة Terra consentanea, & apta illius incolis.

الأفانى Herba quędam.

الفناة Singularis huiusmodi herba.

الفناء

الفَنَاةُ pl. فَنَوَاتٌ, & فَنًا Vacca. Siluestre quoddam animal exiguum. Solatrum. Aqua quorundam.

شَعَرٌ أَفْنَاءٌ Capillus firmus.

شَعَرٌ فَنِينٌ Idem.

اِمْرَأَةٌ فَنْوَاءُ Capillis firmis mulier.

شَجَرَةٌ أَفْنَاءُ, & فَنْوَاءُ Arbor ampla vmbra.

فَنًا Mons quidam.

أَفْنَاءُ النَّاسِ Viri commixti, & simul cōmixti.

رَجُلٌ مِنْ أَفْنَاءِ القَبَائِلِ Vir quem ignores ex qua tribu, vel familia sit.

الفَنَا Abscessus. Arbor multis ramis.

الفَنَا pl. فَنَاتٌ Solatrum. Arbor ex qua accipiuntur, quę collo brutorū appenduntur.

ف Ante ه

الفَهَةُ, & الفَهَاهَةُ Lassitudo. Defatigatio. Inscitia. Abiectio.

الفَهَاهَةُ Idem.

فَهَّ fut. يَفَهُّ Defatigatus fuit.

فَهَّ الشَّيْءَ, & عَنْهُ Rei oblitus est.

أَفَهَّهُ اللهُ Illum rei obliuisci fecit Deus.

فَهَّهَهُ Idem.

هُوَ فَهٌّ Oblitus rei.

هُوَ فَهْوَانُ Idem.

هُوَ فَهِيهٌ Idem.

سَفِيهٌ فَهِيهٌ Demens obliuiosus.

فَهْفَهَ عَلَى المَالِ Egregiam curam armentis impendit.

مَا سَمِعْتُ فَهَّةً Non audiui vilia, & abiecta.

الفَهُّ Os, ris. (Idem ac فو) Vide فوه cum sit illius loci.

المَفْهُوتُ (Idem ac المبهوت) Attonitus. Stupore perculsus.

الفَيْهَجُ Vinum. Mensura vini. Colum. Colatorium.

الفَيْهَجُ Cum quid gratum est, & acceptum. Beneplacitum.

الفَهْدُ pl. فُهُودٌ, & أَفْهُدٌ Pardus. Strix. (ex Glos.)

الفَهَّادُ Pardum instituens ad venationem. Pardo vtens ad venationem.

الفَهْدُ فِي الرِّجْلِ Clauus in medio pedis.

الفَهْدَةُ Podex quadrupedum. Clunes. Equus quidam.

فَهْدَتَا البَعِيرِ Duo ossa prominentia post aures cameli.

فَهْدَتَا الفَرَسِ Duo ossa prominentia in equi medio pectore.

فَهِدَ fut. يَفْهَدُ Dormiuit. Neglexit id, cuius cura sibi incumbebat. Similis fuit Pardo ob multum somnum. In somno pandiculatus est.

هُوَ فَهِدٌ, & فَهْدٌ Dormiens. Negligens id cuius cura sibi incumbit. Similis Pardo. Qui in somno extenditur.

فَهَدَ لَهُ fut. يَفْهَدُ Cum res vitio laboraret, illam egregiam præstitit. Reparauit.

الفَوْهَدُ Concubitus cum muliere. Adolescens pinguis.

الأُفْهُودُ Idem.

هِيَ فَوْهَدَةٌ Mulier pinguis huiusmodi. Mulier cum qua concumbas.

الأَفَاهِيدُ Locus quidam.

غُلَامٌ فُهَنْرٌ Puer pulcher. Puer pinguis. Molli cute, & deliciosa.

الفِهْرُ pl. أَفْهَارٌ, & فُهُورٌ (est gen. fœm.) Lapis

pis ad mensuram pistilli nucum. Pistillus mortarij. Lapis manum implens. Tribus quædam, & familia.

الفَهْوَرُ & الفَهَوَرُ Cum mulierem vir vsurpat mox ad aliam conuertitur, & polluitur.

فَهَرَ fut. يَفْهَرُ Id præstitit vir.

أَفْهَرَ Idem.

الفُهْرُ Synagogæ Iudæorum. Cum ad suas synagogas conueniunt Iudæi suis diebus festis. Dies in qua Iudæi conuiuantur.

تَفَهَّرَ فِي المَالِ Amplificatæ fuerunt diuitiæ, & armenta.

فَهَّرَ الفَرَسَ Masdar. تَفْهِيرًا & تَفَهُّرًا, & فَهْرًا Equum incitauit, & stimulauit, qui cursum interrupit, vel intermisit ob imbecillitatem.

مُفَاهِرُكَ Pectoris tui caro.

فَهِرٌ & نَاقَةٌ فَاهِرَةٌ Camela fortis, & magna.

أَفْهَرَ Festa Iudæorum obseruauit. Venit ad illorum synagogas. Illius caro condensata est, & coaluit, & conglomerata est. (quæ est pinguedo deterrima)

أَفْهَرَ بَعِيرَهُ Camelum pinguefecit, qui defatigatus interijt.

أَفْهَرَ مَعَ جَارِيَتِهِ In secessu fuit cũ sua puella & altera puella strepitum concubitus audiuit.

أُفْهِرَتِ الجَارِيَةُ Puella circumcisa fuit.

الفَهِيرَةُ Lac, in quod proijcitur pruna, vel silex ignitus, cumque ebullit farina infunditur, & comeditur.

الفَهْرَجُ Regio ad extremum deserti.

الفِهْرِسُ & الفِهْرِسَةُ pl. فَهَارِسُ Canon. Dinumeratio. Tabula libri. Index capitum libri. (Sed ex vox Persarum.)

فَهِقَ الإِنَاءُ Maf. فَهَقًا & فَهْقًا Vas repletũ fuit.

الفَهْقَةُ Os apud colli fistulam, quod est primum spondile. Os prope ceruicis exordium imminens vuulæ.

فُهِقَهُ Huiusmodi os assecutus est.

فَهَقَ بِالدَّمِ Confodiendo sanguinẽ elicuit.

الفَاهِقَاءُ Confossio ob quam sanguis fluat. Cauterium adhibitum ossi apud fistulam colli.

أَفْهَقَ البَعِيرَ Cauterium inussit ad huiusmodi os.

الفَيْهَقُ Latus. Amplus. Camela sincero colore, vel fulgente.

مَفَازَةٌ فَيْهَقَةٌ Solitudo vasta.

الفَيْهَقُ Fulgur late peruadens. (Idem de cæteris.)

بِئْرٌ مِفْهَاقٌ Puteus affluens aqua.

أَفْهَقَهُ Illud repleuit.

فَهَّقَ الغَدِيرَ fut. يُفَهِّقُ Masd. فَهْقًا Foueam, seu piscinam impleuit.

أَفْهَقَ البَرْقُ Fulmen late peruasit.

تَفَيْهَقَ & انْفَهَقَ Idem.

انْفَهَقَتِ الجَنَّةُ Hortus deliciarũ dilatatus est.

تَفَيْهَقَ فِي كَلَامِهِ Sermonem abrupit. Sermone prolixiori fuit, quasi os illo impleuerit.

التَّفَهُّقُ Cum quid dilatatur. Cum quid amplum efficitur.

فَهَّقَ فَمَ الرَّجُلِ بِالكَلَامِ Sermone os viri repletum fuit.

فَهِقَ fut. يَفْهَقُ Repletus fuit.

مُنْفَهِقُ الوَادِي Dilatatio fluuij.

الفَهَقُ Repletio. Cum quid impletur.

الفَهْبَكُ Mulier fatua.

الفَهْلَلُ Res futilis. Res absque fructu.

 (Author

(Auctor Camus negat adhiberi debere articulum.)

الضَّلَالُ بِنُ فَهْلَلٍ Error est fetus rei futilis.

الفَهْلَوِلِيَّة Magi. Idolorum cultores.

فَهِمَهُ fut. يَفْهَمُ Masd. فَهْمًا, & فَهَمًا, & فَهَامَةً & فَهَامِيَةً Illud intellexit. Sciuit. Animo percepit.

هُوَ فَهِمٌ Sciens. Cito intelligens.

هُوَ فَهِيمٌ Idem.

الفَهْمُ pl. أَفْهَامٌ Intellectus. Cognitio. Cum res percipitur.

أَفْهَمْتُهُ Illum docui. Illum percipere curaui. Illum instruxi.

فَهَّمَهُ Masd. تَفْهِيمًا Idem.

اِسْتَفْهَمَنِي فَأَفْهَمْتُهُ Me rogauit docere, qui illum instruxi.

اِنْفَهَمَ Doctus fuit ab alio, quod tamen non admittit auctor Camus.

فَهْمٌ Nomen proprium viri. Familia quædam, vel Tribus.

اِسْتَفْهَمَهُ Illum docere rogauit. Interrogauit.

الاِسْتِفْهَامُ Interrogatio apud Grammaticos, quasi interrogando doceri rogemus.

تَفَهَّمَ الكَلَامَ Ex sermone rem post aliam sciuit, & percepit.

فَهْقَسٌ Nomen proprium viri.

فَهَوْتُ عَنْهُ Illius oblitus sum.

أَفْهَى Suam sententiam exposuit.

ف Ante و

الفُوَّةُ Granum coccineum. Ruba. Vide in فوى ad quam vocem referuntur omnia huius rationis.

الفُوُّ Herba folijs velut Carpas.

الفُوُ Non est in vsu nisi in pl. أَفْوَاتٌ Ora. Orificia. Sed vide فاه

فَاتَهُ الأَمْرُ fut. يَفُوتُ Masd. فَوْتًا, & فَوَاتًا Ab illo res abijt. Illi defecit. Defuit. Præcessit res, nec illius compos fieri potuisti.

أَفَاتَهُ Idem.

أَفَاتَهُ إِيَّاهُ غَيْرُهُ Illi alter rem deesse curauit. Deficere illi rem curauit.

مَوْتُ الفَوَاتِ Mors repentina.

هُوَ فَوْتٌ Morte repentina sublatus.

هُوَ فَوْتَ رُمْحِهِ وَيَدِهِ Is rem videbit, sed ad illam non pertinget.

الفَوْتُ Interuallum inter duos digitos.

لَا يُفْتَاتُ عَلَيْهِ Non aget id nisi illius iussu.

اِفْتَاتَ الكَلَامَ Sermonem artificiosum, & prorsus nouum habuit.

اِفْتَاتَ عَلَيْهِ Illud iudicauit. Illud super illud valide adstrinxit.

تَفَاوَتَ الشَّيْئَانِ Maſ. تَفَاوُتًا (cũ trip.voc.in و)

Inter duas res interuallum interposuit. Interuallo res distinxit.

الفُوَيْتُ (gen. com.) Singulari consilio, & sententia.

مَا تَرَى فِيهِ تَفَاوُتًا Non videbis in illo vitium, vel defectum.

تَفَوَّتَ عَلَيْهِ فِي مَالِهِ In facultatibus erga illum se mancum reddidit. Illis hæc deficere curauit.

فَزِعُوا فَلَا فَوْتَ Non deerit illis, quod timebant. Illis accidet, quod timebant.

فَاتَهُ بِذِرَاعٍ Illum brachio præcessit.

اِفْتَاتَ فُلَانٌ Masd. اِفْتِيَاتًا Prior rem peregit. Agendo præcessit. Singulari fuit sentẽtia.

Non

Non consultauit quid præstantius esset iubere.

الافتيات Cum ad rem præcedis, vel inconsulto, vel iniussus.

فاتت المشرحين Decepti sunt anotomistæ.

Singulari fuerunt sententia anotomistæ.

تفاوت Dissimilis fuit.

المتفاوت Dissimilis.

الآفات Aegritudines. Damna. Vide اوف, & فات

الفوتنج Calamentum.

الفوج pl. فووج, & افواج, & افاوج, & افاويج Turba. Caterua.

فاح المسك Fragrauit muscus. Odor musci diffusus est.

فاح النهار Dies frigida fuit.

افاح Properauit. Præterijt.

افاح الابل Immisit camelos in piscinam turmatim.

الفائحة Quelibet res ampla, & lata inter duas prominentes. Multitudo. Turba.

الفيج (Idem ac Persarum پیك) Virorum multitudo, & caterua.

الفيج Nomen proprium viri.

الفيوج Qui ingrediuntur carcerem, & egrediuntur ad custodiam.

لست برايح حتى افوج Me ipso hinc inde diuellar. Me hinc remouebo.

استفيج فلان Se leuem prodidit. Vilis fuit. Vilem reputauit.

فاح المسك fut. يفوح Masd. فووحا, & فوحا, & فيحانا, & فوحانا Muscus redoluit. Fragrauit. (Non vsurpatur de re fœde olente.)

افاح Idem.

فاح القدر Olla ebulliuit.

الفوح Fragrantia rei.

افاحها Ollam ebullire curauit.

فاح الشجة Ob scissionem fluxit sanguis.

افاحه Effudit. Euacuauit quod in illo erat.

فياح, & بحر افيح Mare amplum, & vastum.

بحر بين الفيح Mare quod constet vastű esse.

فياح E nominibus deserti. Desertum.

فيحى Dilatare ô mulier.

الفيحاء Domus ampla. Circulus amplus. Vestis laciniæ, & tomenta.

فاحت منه الريح الطيب fut. تفوح Masdar. فوحانا Odor suauis ab eo exalauit.

فاخت الريح Ventus cum sibilo flauit.

فاخ الرجل Masd. فوخانا Ab illo exiuit flatus, seu pedorem emisit. Mingendo flatum emisit.

افاخ الرجل Idem.

افيخ عنا من الظهيرة Abito ad meridiem. Ingredere ad meridiem.

الفوخ Cum odor diffunditur.

كل بايلة تفيخ Quelibet mingens flatum exhalat.

الفون Pleraque pars crinium ad aures.

فون الراس Latus capitis.

لفلان فونان Ille duas comas habet.

الفون Ora. Extremitas. Latus.

فون العقاب Aquilæ ala.

الفَوْتُ Saccus. Sarcinæ pars. Cum odor diffunditur. Cum res miſcetur.

فَوْتُ الرَّجُلِ Mors viri.

الغَيْبُ Idem.

فَاتَ fut. يَفُوتُ, & يَغِيبُ Obijt.

فَوْتُ المَالِ Cum facultates profligantur. (& è contra) Cum facultates ſtabiles ſunt.

الفَائِتَةُ Actus quo armenta profligantur. (& è contra) Cum ſtabiles ſunt, & acquiruntur. Emolumentum. Vtilitas.

أَفَادَهُ Illud lucratus eſt.

تَفَيَّدَهُ Idem.

اسْتَفَادَهُ Idem.

أَفَدْتُ أَدَاهُ Illud præbui.

أَفَاتَ فُلَانًا Illum perdidit. Mortem intulit.

الفُوَادُ Cor. Vide فأس

تَفَوَّتَ الوَعْلُ فَوْقَ الجَبَلِ Hircus ſilueſtris montem ſuperauit.

رَجُلٌ مِتَلَاَفٌ يَفُوتُ وَيَفُوتُ Periclitans.

يَتَفَايَدَانِ, & هُمَا يَتَفَاوَدَانِ العِلْمَ Ambo ſciētia ſe mutuo imbuunt. Alter alteri prodeſt in ſcientia. Ambo ſcientiam acquirunt. Cætera vide in فيد

الفُوتَنْجُ Mentaſtrum. Calamenthum.

فَارَ القَوْمُ fut. يَفُورُ Maſd. فَوْرًا, & فَوَرَانًا, & فُوَارًا Vnica vice venerunt.

فَارَ البَحْرُ Mare intumuit.

فَارَتِ القِدْرُ Olla ebulliuit. Ebulliendo redundauit, & effuſa eſt olla.

فَارَ العَرَقُ Maſdar. فَوَرَانًا Sudor excitatus fuit, & fluxit, & late peruaſit.

فَارَ المِسْكُ Maſd. فَوْرًا, & فُؤُورًا Muſcus fragrauit. Late redoluit.

فَارَةُ المِسْكِ Muſci veſica.

فَارَةُ الإِبِلِ Cum cutis cameli molleſcit, & humectata eſt, poſtquā ad aquas actus eſt.

الفَائِرُ Iumentum iratum. Idem de cæteris.

أَتَوْا مِنْ فَوْرِهِمْ Venerunt ob illorum vultibus. Antequā illi quieſcerent aduentarunt.

أَتَيْتُ فُلَانًا مِنْ فَوْرِي Antequam quieſcerem illum inueni.

الفَارُ Muſculus corporis virilis.

فَوْرِي Hora mea.

الفَوْرَتَانِ Duo nerui, vel lineæ inter vtrumque varicem ad eiuſdem latitudinem.

الفَوَارَةُ Sciſſio in varice vſque ad interiora, in qua nullum os intercedit.

فَوَّارَةُ المَاءِ Sedes ex qua aqua fluit.

فَوَّارَةُ Oppidum quoddam.

فَوَارَةُ القِدْرِ Cum ob calorem lebes ebullit, & redundat.

فَوْرَةُ البَحْرِ Furor, æſtuſque maris.

فَوْرَةُ الحَرِّ Vehementia caloris. Aeſtus.

فَوْرَةُ الحَبْلِ Funis robur.

الفَوْرَةُ Cibus quidam pro puerpera elaboratus.

فَوَّرَ لَهَا Pro puerpera huiuſmodi cibum elaborauit.

الفُوُورُ pl. فَائِرُ Coruus.

الفَوْرُ Ebullitio. Ira. Vehementia.

الفَوَرَانُ Idem.

فَوْرُ اللَّيْلِ Hora noctis.

فَوْرَةُ العِشَاءِ Cum veſpertinum tempus longe abeſt.

الفورة

الفورة Flatus equi ad thalū, qui dispergitur cum fricatur, & mox coalescit cum fricare intermittis.

الفيارزين Duplex ferrum ad lancis,& stateræ linguam.

فيز & فاز الميزان Stateræ duplex huiusmodi ferrum apposuit.

انه لفيور Acumine præstat.

فور Locus quidam. Nomen proprium. Oppidum ad littus maris Indici.

فوران Pagus quidam.

فار فايره Illi iram exciuit.

فور حيضتها Cum menstruum incipit. Cum menstruum vehemens est.

فورة النهار Exordium diei.

الحمى فور جهنم Febris est Gehennæ ebullitio.

حمى تفور Febris, cuius calor appareat, vehemensque sit. Cætera vide in فار

الفوز Cum quis euadit. Salus. (& è contra) Exitium. Cum quis bonis potitur. (& è contra) Cum bona profligantur. Cum quis hostem expugnat. (& è contra) Cum exitium subit.

فاز fut. يفوز Euasit incolumis. Mala effugit. Bonis potitus est. (& è contra) Exitium subijt. Mortuus est.

فاز Masd. فوزا Beatus fuit tum in hoc sæculo, tum in futuro.

فاز به Illo potitus est. Illud expugnauit.

فاز منه Illud euasit.

افازه الله بكذا Illum re potiri voluit Deus.

فاز به Illud abire curauit.

المفازة pl. مفاوز Locus euadendi. (& è contra) Locus in quo exitium incicas. Desertum aqua carens. Solitudo.

مفازة عن العذاب Effugium à pœnis.

فوز Masd. تفويزا Obijt. Exitium subijt.

فوز الطريق Via apparuit. Patens fuit.

فوز الرجل Præterijt vir.

فوز بابله Camelo vectus est in deserto.

الفازة Vmbraculum ex duabus columnis. Locus quidam. Fornix. (ex Auic.)

الفايز Ensis quidam.

فاس Regio quædam. Cætera vide in فاس

المفاوضة من الحديث Declaratio, Expositio.

التفاوض Declarandi actus. Euidentia.

فوض اليه الامر Masd. تفويضا Ad illum rem adegit, & conuertit. Illi rem tradidit. Cum illo consors mercimonij fuit.

فوض المراة Mulierem absque dote duxit.

التفويض Cum absque dote mulier ducitur.

قوم فوضى Aliqui absque duce omnes æquales. Varij, & hinc inde dissiti. Alter cum altero confusus, & commixtus.

هم فيضوضى Idem.

نعامة فوض Bruta simul confusa, & commixta.

امرهم فوضى بينهم Diuersi sunt, ac alter alteri aduersatur in eo, quod habet.

هم فوضوضا Idem.

المفاوضة Cum quis in qualibet re communicat. Cum quis absque dote vxorem ducit. Cum quilibet rei cuiuslibet consors est, & particeps. Cum quis alteri æqualis est. Cum quis mutuo rem rependit.

التفاوض Cum quis cuiuslibet rei particeps est, & consors.

Alter

تَفَاوَضُوا فِي الأَمْرِ Alter alteri in re æqualis fuit. Alter alteri mutuas vices rependit.

فَاوَضَ فِيهِ بَعْضُهُمْ بَعْضًا Idem.

المُفَاوَضَةُ Nupta absque dote.

الفُوطُ Vestis genus Sindense. Peryzoma variegatum, & acu pictum.

الفُوطَةُ Singularis huiusmodi vestis, & peryzoma, & hæc est vox linguæ Sindicæ.

الفَاطُ Pharmacum quoddam.

فَاطَ fut. يَفُوطُ Masd. فَوْطًا Obijt.

فَاظَتْ نَفْسُهُ Animus eius à corpore exiuit.

فَاظَ نَفْسَهُ Spiritum emisit.

أَفَاظَهُ اللّٰهُ Illum mori voluit Deus. Cætera vide in فيظ

الفَوْظُ Mors.

حَانَ فَوْظُهُ Tempus moriendi illi adfuit. Obijt.

الفَوْعَةُ مِنَ النَّهَارِ Cum dies altius prouehitur.

الفَوْعَةُ Crocodilus. Lacertus.

الفَوَغُ Oris obæsitas.

ذُو أَفْوَغَ Ore obæso.

فَاغَتِ الرَّائِحَةُ Odor fragrauit. Diffusus est odor.

الفَائِغَةُ Odor fragrans. (tum de suaui, tum de fædo.)

فَوَّغْتُ الطِّيبَ Vnguentum redolere curaui.

امْرَأَةٌ فَوْعَاءُ Mulier magna corporis mole.

الفُوقُ Vesica vaccæ, vel bouis.

مَا فَاقَ عَنِّي بِخَيْرٍ وَلَا زَغْرٍ Nihil à me reportauit, neq; aliquid inter vngues pollicis, & indicis pressit.

هُوَ يُفَوِّقُ بِهِ Masd. فَوْقًا Cũ aliquem quis rogat, qui inquit adiunge vngues pollicis supra indicem, neque hoc est.

الفُوقُ Cum id præstatur.

الفُوقُ مِنَ الأَظْفَارِ Albedo vnguium animantium, quæ adolescunt.

الفُوقَةُ Singularis huiusmodi albedo.

الفُوقُ Cortex supra granum Calbi. Nucleus, seu acinus fructuum.

الفُوقَةُ, & العُوقُ Cortex quilibet.

الفُوقُ مِنَ البُرُودِ Vestis Iemamitis genus.

فُوقُ القُطْنِ Gossypij frustum.

الفُوقَةُ Gossypium.

الزَّهْرُ شَبَّهَهُ بِالفُوقِ مِنَ الثِّيَابِ Florem cõparant vestis operimento, seu vesti Iemamiticę.

مَا ذَاقَ فُوقًا Nihil degustauit.

مَا أَغْنَى عَنِّي فُوقًا Nihil à me reportauit.

بُرْدٌ مُفَوَّقٌ Vestis tenuis. Vestis lineis albis variegata.

بُرُدٌ أَفْوَاقٌ Idem.

فَاقَانُ Locus quidam.

الفَوْفَلُ, & الفُوفَلُ Palma. Palma velut النارجيل

فَوْفَاةُ Nomen proprium.

فَوْقَ Super. Desuper. (aliquando vsurpatur more nominis, aliquando more aduerbij; sed vide Grammaticos, & librum nostrum de Arabum particulis.)

صَغِيرٌ ذُو فَوْقٍ مِنْ ذَلِكَ Ille hoc minor est. (& è contra) Maior.

بَعُوضَةً فَمَا فَوْقَهَا Musca minima. Nihil infra illam est. Musca, quæ est maior bibone. Aranea.

فَاقَ أَصْحَابَهُ fut. يَفُوقُ Maf. فَوْقًا, & فَوَاقًا Socijs suis dignitate, & nobilitate eminuit.

فَوْقَ يَدَيْهِ Inter manus.

فَاقَ الرِّيحَ Masd. فُوَاقًا Flatus à pectore euasit. Eructauit.

فَاقَ بِنَفْسِهِ Masd. فُؤُوقًا, & فُوَاقًا Animam efflauit. Obijt. Propinquus fuit morti. Animo bono fuit. Præstans fuit.

فَاقَتِ النَّاقَةُ In vberibus camelæ lac congestum fuit inter duo tempora mulgendi.

الفَائِقُ Præstans. Egregius. Excellens. Eminens.

فَائِقُ الرَّأْسِ Sedes ad quam caput, & ceruix conuenit.

الفُوقَةُ Instituti, & morigerati. Eloquentes.

الفَاقَةُ مِنَ الجَفْنَةِ Patina plena cibo.

الفَاقَةُ مِنَ الزَّيْتِ Oleum coctum.

الفَاقَةُ Terra quædam. Solitudo.

الفَاقَةُ مِنَ الرِّجَالِ Vir procerus, & natura perturbata.

الفُوقَةُ & , الفُوقُ Idem.

الفِيقُ Idem.

الفُوَاقُ & , الفَوَاقُ Idem.

الفَاقَةُ Ciconia. Auis quædam aquatica longo collo.

الفَاقَةُ Pauperies. Indigentia.

الفُوقَانِ مِنَ الحَالَةِ Throclea ad hauriendam aquam, cuius singuli radij duplex radium habent.

فُوقَانُ الحَالَةِ Duplices radij rotæ ad aquã hauriendam.

الفُوقَاءُ Vertex virilium acutus.

فُوقُ الذَّكَرِ Superior pars virilium.

الفُوقُ Prima via. Prima ratio.

رَشَفْنَا فُوقًا Suximus summis labris. Prima vice iecimus.

مَا ارْتَدَّ عَلَى فُوقِهِ Præterijt, nec redijt.

الفُوقُ & , الفَوقُ Auis quædam.

فُوقُ الكَلَامِ Ratio sermonis. Canon sermonis.

فُوقُ المَرْأَةِ Rima muliebris.

فُوقُ اللِّسَانِ Extremitas linguę. Aditus oris.

فُوقُ السَّهْمِ Locus chordæ in sagitta.

الفُوقَةُ Idem.

فُوقَةُ النَّوَاةِ Cortex nuclei.

الفُوقَانِ Duo additamenta membrorum. (Habet in pl. فوق, & افواق)

ذُو الفُوقِ Ensis quidam.

فُوقٌ Rex quidam Græcorum, ad quem referuntur denaria Phauchia.

دَنَانِيرُ الفُوقِيَّةِ Nummi Phauchienses à Rege Phauco denominati.

فُقْتُ السَّهْمَ Fregi sagittæ partem ad quam chorda.

سَهْمٌ أَفْوَقُ Sagitta huiusmodi parte effracta.

الفَوَقُ Inclinatio. Effractio in huiusmodi parte sagittæ.

فَاقَ السَّهْمُ fut. يَفَاقُ Masd. فَاقًا, & فُوُقًا Sagitta ad hanc partem fracta fuit.

الفُوَاقُ Singultus ob luctum. Anhelitus. Halitus à pectore ascendens. Qui in lucta apprehendit aduersarium.

الفُوَاقُ مِنَ الحَلْبَتَيْنِ pl. أَفْوِقَةٌ Tempus intercedens inter duas vices, quibus emulseris. Tempus quod intercedit dum manum dilatas, & comprimis ad vbera.

الفِيقَةُ pl. فِيَقٌ & , فِيَقٌ & , فِيقَانٌ & , أَفْوَاقٌ & أَفَاوِيقُ Lac, quod ad vbera confluit inter duo tempora, quibus quadrupedem mulseris.

Aqua

الأفاويق Aqua in nubibus conflata. Pluuia interpollata ad horam.

أفاويق الليل Pleraque nox.

أفيق Oppidum Iamam. Regio inter Damascum, & Tiberiadem.

فيقة الضحى Cum aurora altius prouehi- (tur.

أفيقت السهم Sagittæ calcẽ posui in chorda.

أفوقت Idem, sed raro.

أفاقت الناقة fut. تفيق Conflatum est lac in vberibus camelæ inter duo tempora mulgendi.

ناقة مفاق , & مفاقة pl. مفاويق , & مفاويق Camela huiusmodi lacte.

ناقة مفيق Idem.

أفاق من مرضه Conualuit. Prior incolumitas reparata est.

استفاق Idem.

أفاق المريض Aegrotus conualuit.

أفاق المجنون Furens ad se redijt.

أفاق السكران Ebrius vinum decoxit.

أفاق المغشى Deliquio oppresso animus re- (dijt.

أفاق الزمان Quies. Quies inter duo tempora mulgendi.

الأفاقة Post penuriam vbertas fuit.

فوق السهم Sagittæ partem effecit, quæ in chorda apponeretur.

فوق الفصيل Pullo lac potandum præbuit inter duo tempora mulgendi.

المفوق Anhelans. Anhelitu correptus.

فوق الناقة Camelam mulsit inter hæc duo tempora.

استفاق الناقة Idem.

استفق الناقة Ne mulgeas camelam ante tempus opportunum.

رجل مستفيق Garrulus in somno.

ما يستفيق من الشراب Non se cohibet à vino.

انفاق الجمل Emacruit camelus. Perijt.

انفاق السهم Sagittæ pars ad chordam fracta est.

انفاق الرجل Obijt. Pauper fuit. Ad pauperiem est adactus.

افتاق Idem.

شاعر مفيق Poeta garrulus.

شاعر مفاق Idem.

ما أقام عنده الا فواقا Non resedit apud illũ nisi modico tempore.

العبادة قدر فواق ناقة Seruitus est ad modicum tempus, quod parum intercedat inter duo tempora mulgendæ camelæ.

ما لها من فواق Non requiescit.

أفوقه تفويقا Illum rem post aliam legere curaui, non vnica vice.

استفاق الرسل A negligentia, & incuria excitatus est nuncius.

أفاق Extremitates. Confinia. Vide in أفق

الفول Faba. Faba arida. Pullus dabhæ.

الفولة Singularis faba.

الفولة Regio quædam Palæstina.

الفولا Idem ac الفولان Vide فلى

الفولى Vide فلى

الفوم Allium. Triticum Babylonicum. Ciceres. Panis. Grana omnia ex quibus panis conficitur. Allij, vel ceparum fasciculus. Buccella ingens.

الفامى Qui hæc vendit.

أفامية Apamiæ regio.

الفوم Regio quędam.
فامية Oppidum Herak.
الفومة Spica. Quod inter digitos gestas.
قطعة فوما Illud in varias partes amputauit.
فومة Masd. تفويما Idem.
فوموا لنا Nobis panem confecerunt.

الفون Benedictio. Rerum copia. Cum quid recte crescit.
الفاونيا Herba Pęonia. Lignum crucis, herba.

الفوه, & الفاه pl. أفواه Dual. فموان, & فمان, & فميان Os, ris. Orificium.
الفيه Idem.
الفوه Oris latitudo. Cum ab ore prominent dentes longi.
ذو أفوه Ore lato. Dentibus ab ore prominentibus.
هي فوهاء Mulier huiusmodi.
جاعلا فاه الى في Os suũ ad meum apponens.
كلمته فاه الى في Ore ad os illum allocutus sum.
فوهه الله Masd. تفويها Illum Deus huiusmodi ore, & dentibus effecit.
الأفوه الأودي Poetæ nomen proprium.
بئر فوهاء Puteus orificio lato.
فاه fut. يفوه Locutus est.
تفوه Idem.
هو مفوه Sermocinator, Loquens. Alacriter comedens.
هو فيه Idem.
أستفاه Masd. أستفاها, & إستفاهة Valide comedit, Auide comedit, & bibit, cum antea cibi, potusque penuria laboraret. Sitim sedauit potando.

الأفواه Aromata ad cibos condiendos, vt piper, & cinnamomum. Aromatum thecæ. Myrothecæ. Illa, quibus vnguenta elaborantur, & condiuntur.
أفواه النور Colores florum. Genera florum.
أفواه الشيء Genera rerum, Rerum species.
الفوه pl. أفاويه Aromata ad cibos condiedos.
فاهاه Cum illo mutuo sermocinatus est, Cum illo de nobilitate disceptauit.
الفوهة Sermo. Ratiocinatio.
الفوهة من اللبن Lac sapore dulcissimo.
فوهة العرق pl. فوهات Orificium venæ. Idem de cæteris.
الفوهة من المسلمين Cum Saraceni sibi inuicem sua crimina obiectant, vel condonant.
الفوهة Ostium fluuij. Viæ initium.
الفوهة من الوادي pl. فوهات Ostium, & origo fluuij.
فوهة الطريق Viæ principium, & origo.
فوهة السكة Callis exordium.
فوهة الشيء pl. فوهات, & فواية Rei exordium.
الفوه Radices quædam rubræ ad colorem inficiendum. Rubia.
ثوب مفوه Vestis hac radice infecta.
تفوه المكان Loci exordium ingressus est.
أفواه الجنة Horti deliciarum aditus. Initia eiusdem. Flumina eiusdem.
ما فهت بكلمته Non aperui os ad eius sermonem.

مَا تَفَوَّهْتُ Idem.

الفُوَّةُ Radices quędam ad inficiendas vestes. Rubia. Granum coccineum.

ثَوْبٌ مُفَوًّى Vestis hac radice infecta.

أَرْضٌ مَفْوَةٌ Terra hisce radicibus affluens.

الفُوَّةُ Medicina quædam.

الفُوُّ Medicina quędam, vtilis torminibus lateris, & alopeciæ.

فُوَّةٌ Oppidum Aegypti.

الأَفْوِيَةُ Aromata ad cibos condiendos, vt piper, cinnamomum, cuminum, & huiusmodi, sed pertinet ad فوه

الفُوُّ pl. أَفْوَاتٌ Os, Orificiū, sed ptinet ad فاه

ف Ante ى

فِي In præpositio. Suscipit omnia affixa, vt فِيَّ In me. فِيهِ In eo. فِيهَا. In ea &c. Componitur cum alijs vocibus, vt فِيمَا In eo quod.

فِيمَ Vide in فيم

فِيمَنْ In eo, qui.

فِي المُصَاحَبَةِ In (societatis) inter, vt دَخَلَ فِي أُمَمٍ Ingressus est inter gentes.

أَخْبَرَ فِي رِجَالٍ Inter gentes annunciauit. De viris annunciauit.

فِي مَكَانِي In (loci) vt فِي بَطْنٍ In vtero.

فِي زَمَانِي In (temporis) vt فِي الطَّعُونِ Tempore pestis.

فِي مَصْدَرِي In (verbale) vt فِي قَطْعٍ In amputando.

فِي الزَّائِدَةِ إِلَى In consequens إِلَى

رَدُّوا أَيْدِيَهُمْ فِي أَفْوَاهِهِمْ Manus apposuerunt ad os suum. Cætera vide in libro de particulis Arabum.

الفِيُّ Os, ris. Sed vide فاه

فِيَّ Vide فِي

جَعَلَ فَاهُ إِلَى فِيَّ Os suum ad meū admouit.

فَايَةٌ Oppidum quoddam. Cætera vide in فيا cum Hamzah.

الفَيْءُ pl. فُيُوءٌ, & أَفْيَاءٌ Vmbra. Vmbra ob Solem occidentem, vel recedentem.

المَوْضِعُ المَفْيُوءُ Locus huiusmodi vmbra obductus.

الفَيْءُ مِنَ العَدُوِّ Præda. Spolia ex hoste. Manubia.

الفَيْءُ Tributum. Vectigal. Commotio.

فَيْءٌ مِنَ الطَّيْرِ Auium agmen.

الفَيْءُ Reditus. Regressus.

الفَيْأَةُ, & الفَيْئَةُ, & الفِيَاءَةُ Idem.

الإِسْتِفَاءَةُ, & الأَفْيَاءَةُ Idem.

الفِئَةُ pl. فِئَاتٌ, & فِئُونَ, Dual فِئَتَانِ Exercitus. Turma. Genus aliquod virorum.

مُفَاءٌ عَلَى مَغْزًى Libertus supra Arabem.

يَا فَيْءَ O (admirantis) Ah. (particula condolentis.)

فَاءَ المَوْلَى عَنْ امْرَأَتِهِ Iuramentum suum negauit libertus, tum rediit ad vxorem suam.

فِئْتُ الغَنِيمَةَ Prædam reportaui. Spolia adeptus sum.

أَسْتَفَاءَتُ الغَنِيمَةَ Idem.

نَتَفَيَّ الغَنِيمَةَ Spolia accipiemus, & diuidemus.

أَفَاءَهَا اللّٰهُ عَلَى fut. يُفِيءُ Masd. إِفَاءَةٌ Me potiri præda fecit Deus.

الفَيْئَةُ Auis velut Aliæthus.

الفَيْئَة Tempus. Tempestas.

تَخَلَّ عَلَى تَفِيئَة فُلَانٍ Illius vestigia sectatus est. Illius vestigijs insistens ingressus est.

فَاءَ الظِّلُّ fut. يَفِي Vmbra ab Occidente mutata est ad Orientalem plagam.

فَاءَ الرَّجُلُ مِنَ الْأُصْعُرُوَة Reuersus est vir à detestabilibus. Resipuit.

حَتَّى تَفِيئَا Itaut ambo ad priorem statum reuertantur.

حَتَّى يَفِيَ إِلَى أَمْرِ اللّٰه Itaut diuinæ obedientiæ denuo se subdat.

فَاءَت الشَّجَرَة Vmbrifera fuit arbor.

فَيَّاءَت الشَّجَرَة Masd. تَفْيِئَة Idem.

تَفَيَّأْتُ فِي الشَّجَرَة Ad vmbram arboris fui.

تَفَيَّأَت الظِّلَالُ Vmbra mutata fuit.

تَفَيُّؤ الظِّلَال Reditus vmbræ tempore vespertino.

تَفَيَّأَت الْمَرْأَة إِلَى زَوْجِهَا Vxor ad maritum redijt.

فَإِنْ فَاءُوا Si distent. Si findantur. Cætera vide in فاء

الفَيْح pl. فُيُوح, & فِيحَان Terra profunda latens, ac tuta. Cætera vide in فوج

الفَيْح مِنَ الحَرِّ Calor vim acquirens. Cum calor late peruadit.

الفَيْح مِنَ الرَّبِيع Cum ver fertile est in regionis latitudine.

الفُيُوح Idem.

فَاحَت الحَرّ fut. تَفِيح Masd. فَيْحًا Calor late peruasit.

فَاحَت النَّار Ignis late vim exeruit.

فَاحَ القِدْر Masd. فَيْحًا, & فَيَحَانًا Olla ob calorem ebulliendo redundauit.

الحُمَّى مِنْ فَيْح جَهَنَّم Febris est ex calore ebulliente Gehennæ.

بَحْر فَيَّاح Mare amplum.

الأَفْيَح Latus. Amplus.

رَوْضَة فَيْحَاء Pratum amplum.

نَاقَة فَيَّاحَة Camela amplis vberibus, & multum lactifera.

فَيْحَان Locus quidam.

فَيْحُون Mulieris nomen proprium.

أَفْيَحَ عَنْكَ مِنَ الظَّهِيرَة A te discessit post meridiem.

الفَيْخَة Paropsis. Patina ampla.

الفَيْخَة مِنَ البَوْل Cum exitus lotij dilatatur.

فَيْخَة الحَرّ Vehementia caloris. Aestus.

فَيْخَة النَّبَات Cum herbæ implicatæ sunt. Copia herbarum.

فَاخَت الرِّيح fut. تَفِيخ Odor diffusus est.

تَفُوخ Idem.

أَفَاخَ الرَّجُل Manu mutila, & debilitata fuit. Auarus fuit.

أَفَاخَ مِنْ فُلَان Auertit ab illo.

الإِفَاخَة Vox absona. Crepitus. Cum quis crepitu edendo simul egerit.

الفَيْخ Cum quid diffunditur.

فَانَ fut. يَفِين Superbiam incessu præsetulit.

تَفَيَّن Idem.

تَفَيَّنَ الرَّجُل Obijt.

